

1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

878
G 30
G 66

DE QUIBUSDAM SERMONIS GELLIANI PROPRIETATIBUS OBSERVATIONES.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

O. GORGES

ANHALTINUS.

HALIS SAXONUM
FORMIS DESCRIPSIT S. SCHLESINGER
MDCCCLXXXIII.

De A. Gellii sermone postquam abhinc viginti fere annos Theodorus Vogel accurate conscripsit libellum, qui est de vocabulorum copia, quo ex tempore nemo hanc rem aggressus est, operae esse pretium existimavi novam quaestionem instituere. Atque illi cum imprimis esset propositum ea omnia vocabula, quae aut ipsius scriptoris propria aut communia essent cum posterioribus aut cum antiquissimis scriptoribus per singula genera disposita recensere, equidem id contendi, ut non tam quae ad vocabulorum scripturam, flexionem, usum spectant quam syntaxeos et elocutionis proprietates, quibus aut antiquissimos imitatus aut argenteae aetatis scriptores et poetas secutus esse aut ipse novasse intellegatur, in lucem proferre studerem, id potissimum dolens, quod per temporum angustias rem non absolvere, sed incohare modo mihi licuit.

Ac primum quidem cum Vogelius nominum substantivorum, adiectivorum, verborum, adverbiorum indicem confecerit, meum esse iudicavi eius operam supplere ita ut de reliquo verborum genere, pronominum, praepositionum, interiectionum quae memorabilia mihi viderentur ea hic componerem; tum pauca erant, quae ad vocabulorum genera ab ipso tractata cur non adderem causam non esse putavi.

Restat ut dicamus omni in re Hertzianam editionem nos esse secutos, quam ut optimis libris manuscriptis excussis nixam hoc tempore solam esse, ad quam quis sese accommodet nemo erit qui neget. Atque eo magis illa tanquam norma et lex haberi debet, quod critico qui vocatur apparatu, ex quo quid lectionis quisque codex exhibeat, possit intellegi, usque adhuc caremus. Itaque quas lectiones Gronoviana ab Hertzianis discrepantes praebeat, eas nullius momenti esse rati illis postponere non dubitavimus.

Pars I.

De verborum scriptura.

Verbum puniendi secundum optimos codices scriptum videmus in editione Hertziana ‚poenire' antiquiore forma locis his: VI, 3, 54 poeniendas. VII, 14 1 poeniendis VII, 14, 1 poeniendis VII, 14, 6 poeniendi XI, 18 1 poeniendis XI, 18, 3 poeniendum XI, 18, 6 poeniendis XII, 7, 7 poenitaque XX, 1, 7 poenitur XX, 1, 12 poenienda. Eodem modo legitur scriptum XI, 18, 16 impoenita VII, 14, 4 poenitio XI, 1, 2 poenitionem.

Vocalis o in u mutatio deprehenditur in ‚utrubique' I, 4, 5. IX, 14, 24. XIII, 25, 17. XVII, 2, 23. 13, 8. et ‚rutundus' I, 4, 4. XI, 13, 4. XVI, 1, 1. XVII, 9, 9. 20, 4, de qua forma. Brambach Hülfsbüchlein für lateinische Rechtschreibung ita: „rutundus ist durch einen regelmässigen Umlaut entstanden, war aber wahrscheinlich der plebejischen Sprache vorwiegend eigen."

Optimo iure Corssenius Aussprache I, 170 diphthongi au in u mutationem plebeio sermoni attribuendam esse dicit quod romanicarum linguarum usu comprobatur v. Dietz gr. II[3], 168. Apud Gellium reperitur ‚cludo' pro ‚claudo' XII, 14, 5, similiter XVII, 21, 17 ‚Olus' pro ‚Aulus' praenominis forma, quae eadem deprehenditur in inscriptionibus ab Orellio editis n. 1943.

Antiquiorem o litteram pro communi u libri manuscripti Gelliani proferunt in his verbis, ubi littera v consonae vi praedita praecedit: volgo II, 20 l. IX, 7, 1, XI, 18, 13. XIV, 2, 6. IV, 6, 9. 9, 9. XIV, 1, 11. XX, 11, 2. volgus X, 11 l.

XIV, 3, 3. XV, 9, 3. XIX, 14, 3. XIII, 17, 1. VI, 1, 7. volgarius XVI, 5, 1. involgare IV, 9, 9. XI, 7, 1. XX, 5, 7. pervolgatus IV, 1, 10. V, 10, 3. XII, 5, 6. voltus XV, 9, 10. Volcanus IX, 10, 1. volnus V, 14, 22. volt IX, 5, 7.

Praeterea ,os, om' pro ,us um' exstat in: ,adoptivos V, 19, 15. divos X, 11, 5. alvom XIX, 4, 5. flavom II, 26, 23. in verbis his e graeca lingua receptis: hemiolios, epitritos XVIII, 14 1, Histros X, 7, 2. Mithridatios XVII, 16, 6.

Contractam ,porgere' ex ,porrigere' formam repperi V, 14, 21.

Post Plautum et dactylicos poetas antiquam formam ,navita' nemo videtur usurpasse praeter Gellium XVI, 19, 8. 19, 13. 19, 15. 19, 19. 19, 22.

Saepissime in libris mss. pro ,quu' scribitur ,cu' v. Brambach § 6. Ex Gellii lectione haec mihi praesto sunt exempla: ecus II, 22, 23. XVIII, 5, 11 II, 26, 18. aecus IV, 9, 12. anticus I, 9, 12. secuntur IV, 17, 6. X, 22, 1. XVII, 21, 43. locuntur XX, 6, 2. IX, 12, 3.

Ex neglegenti plebeiorum hominum pronuntiatione profecta est littera p inter m et n interiecta quam scripturam non raro manuscripti libri praebent; velut est apud Gellium: dampnare III, 9, 4. V, 14, 27. VI, 15 ,1. 19, 8. IX, 2. 11. XII, 7, 7. XIV, 2, 8. XVI, 8, 7. XVII, 21, 9. 21, 19. 21, 24. XX, 1, 38. coudempnare XI, 18, 24. 18, 13. XIV, 2, 23. 2, 25. XIX, 9, 9. dampnum II, 27, 5. VI, 18, 10. XX, 1, 32. sollempnis IV, 6, 7. 18, 5. 20, 2. X, 24, 3. XII, 8, 2. XIV, 2, 9. XV, 2, 3. sompnus IV, 19, 1. XII, 1, 4. aerumpna VII, 1, 1. calumpnia II, 9 1. VI, 2, 2. XII, 5, 5. XIV, 2, 8. contempno XVI, 9, 3. XVIII, 4, 6. XX, 1, 22. 1, 51. 1, 52.

Antiquam speciem prae se ferunt ,prosus' et ,prosum' sublata r littera, de qua re cf. Velium Longum de orthographia in grammat. lat. VII, 79 K. Apud hunc eius formae habes exempla haec: prosus IV, 13, 4. II, 22, 25. 8, 7. X, 3, 10. XIV, 6, 5. XX, 5, 8. 5, 10. prosum IX, 4, 6 (nisi corrupta subest lectio). Rarum est detracto XX, 1, 30 pro ,detrecto.'

Huic loco adiungere liceat gerundii vel gerundivi formas vetustiores in ,undus' terminantes, quae a Gellio complures proferuntur. Reperitur igitur: I, 12, 6. quindecimviri

sacris faciundis I, 12, 9 ius testamenti faciundi I, 12, 10 ritu capiundae virginis II, 23, 8. ad iudicium faciundum IV, 2, 1. de mancipiis vendundis IV, 11, 11. edundis animalibus IV, 20, 4. ioci dicundi V, 19, 6. liberis gignundis VI, 4, 2. in vendundo, ibid. lex vendundi VI, 17, 1. experiundi VII, 13, 3. edundi X, 18, 5. laudibus dicundis XIII, 12, 9. iuri dicundo III, 1, 9. quaerunda[e] pecunia[e] VI, 1, 8. eius potiundi XIV, 1, 23. ferundum XVI, 3, 2. edundi XVI, 6, 1. experiundum sese dabat XVII, 16, 1. edundis venenis. XVII, 21, 15. decemviros legibus scribundis. XVII, 21, 44. liberum quaerundorum IV, 3, 2. liberum quaerundum.

Additamentum.

Verborum indici a Vogelio confecto haec liceat addere, quae partim ab optimorum scriptorum usu recedant, partim posterioribus demum argenteae aetatis temporibus reperiantur. Deinceps sequuntur verba per genera disposita.

a. substantiva.

invidentia praef. 20, verbum minus usitatum v. Cicero tusc. IV, 7, 16. Ab optimo sermone recedit arbitra VII, 2, 5. XVII, 11, 6. vecordia XII, 1, 8. XX, 1, 13. apud veteres scriptores non infrequens vox, ab optimis repudiata, pausa XIX, 5, 4. quod veterrimis usitatum antiquarii receperunt, ad vulgarem sermonem detruditur a Thielmanno Das Verbum dare im Lateinischen p. 60.

hebdomada III, 10, 14. 10, 17 recens a Gellio effictum. A poetis recepit: Maceta IX, 3, 1.

hortamentum IX, 3, 4. XIII, 25 21. operimentum XIV, 6, 4. delectamentum XX, 4, 1.

favisor XIV, 3, 9; antea semel profertur in Tironianis notis 134 duplicata s littera scriptum. ‚nigror' post Pacuvium et Lucilium reperitur nusquam ante Gellium II, 26, 15. ‚claritudo', rarius verbum adhibet VI, 5, 1; apud eundem XI, 18, 17 exstat ‚assuetudo' quod ab argenteae aetatis scriptoribus identidem usurpatur.

sermocinatio XIX, 8, 2 rarior vox. Ex verbis IV declinationis adiungo: astus, cui bona dicendi consuetudo

‚astutia' praeferebat, apud hunc I, 6, 4. XI, 18. 17. XII, 12, 1. XV, 22 1. XVII, 9, 18. ostentus XX, 1, 48. exortus II, 22, 3. arbitratus I, 12, 11. XI, 18, 8. XIV, 1, 23. XIX, 1, 16.

b. adiectiva.

cascus I, 10 1. dividus II, 12, 4. Argenteae imprimis aetatis scriptorum proprium est verbum ‚inclutus'; Gellius frequenter adhibet: I, 3, 1. V, 3, 1. 10, 16. IV, 20, 13. VI, 3, 6. IX, 3, 1. 4, 1. X, 18 1. XI, 18, 5. XIII, 7, 6. 28, 1. XV, 31, 1. XVI, 19, 5. XVII, 17, 2. 21, 9. XVIII, 6, 2. XIX, 2, 5. contemporaneus XIX, 14 1, quod linguae romanicae exceperunt, ex cotidiano sermone videtur depromptum; auxiliarius VII, 17, 3 arbitrarius, vox iureconsultorum sermonis peculiaris, X, 4, 3. XIV, 1, 5. 1, 23. XVIII, 10, 10. XIX, 1, 15. Ex participiis perfecti commemoro: consuetus XII, 1, 9. XIV, 2, 7. pensus XII, 5, 7, ex raris superlativis: extimus III, 10, 3.

disparilis V, 1, 4. cognominis XIII, 25, 17. Antiquior forma cernitur in adiectivo: Tiburte XIX, 5, 1.

c. adverbia.

ingratiis XVII, 1, 7. ‚inibi', quod vetustatis habitum prae se ferens in plebeium receptum esse sermonem recte iudicavit Rebling Versuch einer Characteristik der römischen Umgangssprache Kiel 1873 p. 11. Creberrime profertur a Gellio, ac maxime in titulis: 1, 3. 1, 7. 1, 11. 1, 17. 2, 26. 3, 2. 3, 3. 3, 16. 4, 3. 6, 18. 6, 19. 7, 6. 8, 14. 8, 15. 9, 4. 10, 11. 10, 19. 10, 23. 10, 25. 11, 15. 11, 18. 14, 6. 15, 7. 15, 27. 16, 13. 17, 16. 18, 2. 19, 8, praeterea I, 3, 1. III, 1, 5, XIII, 23, 15. XIV, 7, 9. XVII, 8, 2. 12, 3. apud nostrum id significans, quod. ‚eodem loco'; semel ad tempus revocatur I, 3, 1.

fortassean V, 14, 3. VI, 3, 53. XI, 9, 1. XIX, 8, 6. XVII, 5, 13. tempori II, 29, 11. ‚quadamtenus', post Horatium et Plinium admittit Gellius XVII, 21, 1. istim XVI, 19, 7. Ritschl op. II, 454. itidem praef. 8. I, 3, 30. II, 19, 1. 29, 12. IV, 10, 2, V, 13, 2. VI, 7, 1. VII, 1, 5. 2, 1. X, 29, 3. XII, 14, 7. XIII, 2, 5. 21, 16. XIV, 1, 31, [illegible] 11. 10, 6. 12, 4.XIX, 9, 7. XX, 1, [illegible]

undiquevorsum VI, 16, 6. XII, 13, 20. utroqueversum XII, 9, 2. V, 12, 10. IX, 12, 13. 12, 20. XV, 13 l. deorsum II, 30, 4. seorsum II, 12, 4. 23, 22. VI, 3, 6. X, 15, 26. 20, 5. XX, 5, 6. Ex adverbiis in ‚im' addo: tractim IV, 6, 6. strictim I, 3, 12. XI, 5 l. cursim I, 3, 12. IX, 4, 5. XVII, 21, 1.

propemodum II, 21, 11. 22, 22. IV, 1, 8. VII, 8, 5. IX, 7, 2. X, 27, l. XII, 5, 5. XIII, 17, 1. XIV, 1, 32. multifariam V, 4 l. XVIII, 2, 7. illactenus XVI, 19, 11. usquequaque III, 2 l. IX, 16, 2. XI, 3, 3. XIV, 1, 9. XVI, 3, 1. Messalla apud Gellium XIII, 16, 1. circumundique XIII, 25, 1. XIX, 10, 1. XIV, 2, 9. IV, 5, 3 (in duas partes distractum scriptum est). antehac XVI, 3. 2.

d. verba.

saviari III, 15, 3. poeta apud Gellium XIX, 11, 4; ex vulgari dicendi usu depromptum videtur. Rarius simplex verbum composito frequentiori praetulit: roborare II, 3, 1. XV, 20, 3.

e. de verbis compositis.

Quod attinet ad verborum compositionem, acquiesco in enumerandis his:

apprehendo V, 14, 26 quod simplicis significationem hoc loco prorsus induit.

adbibo II, 22, 25, tanquam per iocum dictum. attestari IV, 12, 3. XVI, 8, 8 ad simplicis verbi testandi vim delapsum est; compositum romanicae linguae eadem notione praeditum retinuerunt, simplici peculiarem testamenti faciendi vim subdiderunt.

‚compar' apud Gellium VII, 11, 1. XIV, 3, 10. XVII, 9, 14 ad simplicis significationem accedit.

congratulari XII, 1, 4, commemini II, 26, 13. 24, 15. XIV, 2, 26. 3, 2. XVI, 10, 5. XVIII, 2, 16. commiserari V, 14, 19 raro usurpatum est, ‚commisereri' ab uno Gellio VI, 5, 6. XVI, 19, 11 prolatum; ‚commigrare' XIX, 12, 7 ab optimo sermone aliquantum recedit.

Tum simplicis verbi significationem habet:

demori XV, 10, 2, cui plerumque is sensus subest, ut tanquam ,ex ordine quodam deperire' dicatur, quem eundem reiectum nolim altero loco IX, 2, 11.

demorari VI, 1, 6. XI, 7, 7. XIX, 8, 14 vulgaris sermonis esse visum est, quod romanicae linguae simplici verbo abiecto receperunt.

exalbesco XII, 1, 12. incommodare I, 25, 15. VI, 17, 3. protollo III, 16, 15 rarius a scriptoribus admissa sunt; profari XVIII, 11, 2 et promoneo II, 29, 2 sumpta ex haruspicum sermone.

De pronominibus et particulis.

,Met' additur pronomini personali XVII, 9, 25 egomet; ,tute' compositum reperitur XX, 1, 36. Uno loco possessivo pronomini adiunctum invenitur suffixum pte: XVIII, 10, 5 ,suapte'.

Demonstrativi ,hic, haec, hoc' pleniorem formam, cuius exempla cum ceteri veteres tum comici scriptores multa praebent, hic quoque utpote antiquarius saepissime habet. Jam enumero singulos locos per casus dispositos:

huiusce I. 15, 8. XI, 13, 5. XIII, 23, 17. XVI, 6, 8. XVII, 1. 9. XIX, 10, 13.

hance VI, 2, 9, quam formam ex Regii libri (P) lectione: ,hanccennii' restituit Hertz.

hisce nom. plur. III, 16, 4 (ita Regius et Lincolnensis) hice H.

hisce dativ. plur. I, 7 l. III, 14 l. 14, 11. 16, 20. IV, 2, 3. 16, 6. V,8, 1. VI, 9, 1. 11, 7. 17, 10. 20, 6. VII, 2, 14. 14, 8. X, 11, 6. 20, 2. XI, 10, 1. XIII, 21, 21. 25, 12. XX. 6, 9. 10, 3.

hosce VII, 8, 5. hasce praef 4.

Addo formulum ,huiuscemodi', quae huic potissimum scriptori in deliciis est praef. 23. I, 9, 1. 2, 6. 7, 8. 11, 18. 3, 27. 13, 9. 13, 6. 15, 19. II, 2, 12. 6, 3. III, 14 l. 14, 1. 16, 9. IV, 1, 7. 20, 2. V, 5, 2. 12. 13. VI, 1, 7. 12, 6. 14, 6. 19, 2. 20, 4. VII, 2, 6. 12, 3. IX, 4, 6. 12, 1. 16, 5. X, 1, 11. 8 l. 12, 8. 22, 2. XI. 15 l. 15, 8. XII, 15 l. 15, 1. XIII, 2, 1.

XIV. 1, 29. 1, 34. 1, 35. 2, 20. 3, 2. 5, 2. XV, 2, 6. XVI, 2, 12. 5, 5. 7, 4. 8, 7. 8. 12. XVIII, 2, 5. 3, 5. 11, 2. 13, 1. XIX, 1, 20. 5, 5. 7, 3. 12, 3. XX, 1, 10. 1, 34.

Idem ,ce' suffixum adiunctum reperitur pronomini ,is'; atque si cum multis iisque doctis viris recte a Seneca quaest. nat. 1, 3, 2. 1, 5, 14 abiudicatur, tamen non est, quod apud Gellium XVII, 19, 1 improbemus, ubi Hertzius contra Gronovii ,huiuscemodi' restituit; non facio cum illo, qui XVI, 8, 10 pro ,quod est eiuscemodi' scripsit ,quod est eiusdemmodi'. Hoc enim loco sententiae non accomodatum est; etenim scriptor noluit dicere, ,coniunctum' et ,copulatum' idem esse, sed, quod hic affertur exemplum ,P. Scipio — L. Mummifuit', ad hoc pertinet: ,quod est eiuscemodi', ita in priore paragrapho, quod profert exemplum, id affert verbis usus his: ,id ,conexum' tale est'.

,iste' adiunctum habet suffixum ,ce' locis his: XV, 3 1 istaec praepositio I, 16 l. verba istaec. XVIII, 2, 11 quaestio istaec. XVIII, 3, 5 istaec sententia I, 23, 11 postulatio istaec. XVII, 2, 15 istaec oratio XIX, 1, 18 visa istaec. XX, 1. 10 delicta istaec. XVI, 19, 18 istaec. I, 7, 14 omnia istaec. II, 23, 19 istaec XIV, 5, 4 eadem istaec XVII, 2, 11 vitium istuc XX, 2, 2 istuc III, 1, 3 istuc III, 3, 13 istaec XII, 13, 17 istoc.

Denique memoria dignum est ,illic' XVI, 10, 4; illic XVIII, 9, 5 (dativus).

Breviorem ,ste' formam, quam primus Lachmannus ad Lucret 3, 954. praeter usitatam ,iste' praecipue in antiquorum usu fuisse affirmavit, Nonio teste adhibito, ex codicibus Hertzius restituit: V, 11, 14 sta. II; 22, 24 stum III, 9 1 stius XVIII, 2, 16 starum. Hoc in usu de plebeiorum hominum pronuntiatione cogitandum esse, Corssenius l. c. II 82 qui copiosius totam hanc rem tractavit idemque eandem romanicarum linguarum consuetudinem adnotat, optimo iure affirmat.

Prorsus ad veterum sermonis imitationem est referendum, si apud hunc scriptorem duobus locis pronomen ,quis' relativo sensu videmus usurpari IV, 12, 2: ,quis eques' et XIII. 23, 8. quis erat egregia atque praestanti fortitudine, Nero appellatus est.

Rarum et antiquorum potissimum peculiare verbum ‚cuias' exstat apud hunc XV, 30 1 ‚cuiatis linguae vocabulum sit' et XV, 30, 3 ‚cuiatisque linguae vocabulum esset'. Nec minus antiqui vel vulgaris sermonis est ‚cuius', II, 29, 15. ‚cuia res est', quod cum hispana lingua receperit (cuyo), non errabimus, si cum Spengelio ad Terent. Andr. 763 per posteriora tempora floruisse in plebeiorum dicendi usu putabimus.

Tum digna videtur, cuius mentionem faciamus, forma ‚cuicuimodi', quam secundum Priscianum XIII, 3, 11 p. 959 H. vitiosa pronuntiatione ex ‚cuiuscuius modi' profluxisse inter omnes doctos viros constat. Post Plautum, Ciceronem, Caesarem denuo longo temporis spatio interiecto emergit apud Gellium IX. 2, 6. Eodem modo genetivi falsa pronuntiatione vitiati forma ‚cuimodi' ab Hertzio verborum sensum secuto libris mss. inter ‚cuicuimodi' et ‚cuimodi' fluctuantibus restituta est IX, 13, 4: ‚cuimodi fuerit pugna decertatum', ubi praecedunt alia interrogativa verba, XII, 15, 1 ‚cuimodi sunt haec'. XVIII, 3, 6 ‚cuimodi posset' XIV, 6 1 ‚cuimodi sint', demonstrativi ‚talis' sensus videtur subesse XX, 1, 30 ‚quoniam satis esset invalido cuimodi vectabulum'.

cuiuscemodi: XI, 16, 8 ‚rerum cuiuscemodi plurimarum'; ‚cuiusquemodi', quam formam mss. libri saepius cum illa confundunt, reperitur XIII, 30, 4 ‚rerum cuiusque modi aliarum'. Denique solum apud Gellium invenitur ‚ecqualis', VI, 2, 7.

Praepositionem ‚absque' ab optimis scriptoribus repudiatam antiquarii in suum sermonem reduxerunt; post Frontonis p. 85, 24 unum exemplum tria praebet Gellius, II, 2, 7, absque praeiudicio II, 26, 20 absque te XIII 19, 4 a. paucis syllabis. Hoc verbum cum posteriores scriptores tum ex linguis romanicis una lombardica quae vocatur dialectus servaverunt; v. Dietz Wörterbuch der romanisch, Sprachen s. v. asca. ‚Pone', quod neque comicis veteribus neque argenteae aetatis scriptoribus spretum fuit, cum Draegero I² p. 599 vulgari sermoni attribui volo, ut verbum in castrensi potissimum lingua usitatum. ‚Adusque' et poetae et recentiores admiserunt, hic II, 24, 15 et XV, 2, 2. ‚alioquin' XII, 5, 2; primus Horatius habet, tum frequentissime recentiores; ‚necdum' XV, 11. 3 argenteae aetatis scriptores adamaverunt, qui iidem

praepositioni ‚causa' praetulerunt ‚gratia'; qua in re illos secutus Gellius illud 38 ies, hoc verbum 60 ies profert. Simili modo quid illis scriptoribus debeat hic, cernitur in adverbio ‚ferme', quod equidem quinquagies ‚fere' duodequadragies apud eum scriptum inveni. v. Ribbeck Beit. zur Lehre von den lat. Partikeln p. 7.

Cum Krebsio Antibarb. 1876[5] ‚neutiquam' veteribus adiudicari velim, quamquam ne Cicero quidem neque Livius prorsus aspernati sunt; apud Gellium reperitur II, 23, 22.

Priscam ‚ast' formam retinuit hic. I, 9, 5.

Interiectionibus saepissime hic scriptor utitur ad acuendam confirmandamque orationem. Ita exstat ‚hercle' prolatum locis his: I, 6, 7, 20. 21, 2 II, 29, 20. III, 3, 6. 6, 1. IV, 1, 9. 9, 1. 20, 5. V, 10, 2. 21, 1. VI, 2, 1. VII, 1, 13. 2, 11. 6, 5. 12, 4. IX, 9, 8. 14, 7. X, 3, 8. 12, 4. 12, 10. XI, 15 4. 15, 8. XII 1, 19. 6, 1. 11, 1. 13, 20. XIII, 5, 8. 22, 1. 24, 2. 31, 8. XIV, 2, 21. XV, 1, 3, 7, 3. 8, 1. 29, 2. XVI, 12, 1. XVII, 1, 8. 2, 26. 3, 5. 12, 3. XVIII, 11, 1. XIX, 9, 12. XX, 6, 12.

mehercule V, 11, 13. XI, 11, 4, XII, 13, 19. XIV, 4, 1.
mehercules V, 7, 1.
medius fidius IX, 16, 2. X, 3, 10.
dii boni II, 2, 8. 23, 7. III, 7, 1.
pro Jupiter I, 9, 10. XIV, 6, 3.
ecce I, 11, 10. X, 24, 5. XIII. 30, 6,
malum XII, 1, 17. XIII, 12, 8. XV, 31, 4.

De verborum flexione.

I. De declinatione.

a. de genere substantivorum.

Verbum ‚finis' feminino generi tributum est in his locutionibus: qua fini I, 3, 16. IV, 1, 6. hac fini I, 3, 30. XIII, 21, 9. eadem fini III, 16, 20; praeterea XIV, 1, 14. quae finis. Cato apud hunc VI, 3, 29: ea fini.

Nec minus antiquorum est proprium verbum ‚lux' masculino genere praeditum II, 29, 14.: primo luci.

,Torques' feminino generi tribuit IX, 13, 3, nescio an Cl. Quadrigarium secutus, cuius ex annalium primo libro IX, 13, 6 sq. locum tradit.

Mirum est verbi ,specus' femininum genus, quo usum esse Gellium (V, 14, 18.) Priscianus VI. 75 p. 259 H. docet.

b. de numero verborum.

Charisius et Phocas vocem ,facetia' inter pluralia nomina numerant; post unum Plautum Stich 727 Gellius singularem numerum exhibet III, 3, 3. Jidem grammatici verbum ,argutia' plurali numero assignant; singulari utitur ille III, 1, 6. XII, 2, 1. ,vindicia' verbum singulariter usurpat XX, 10 7. imitatus veteres v. Festus 376, 25.

claustrum XIV, 6, 3. singulari numero dictum; ,nervus' sigulariter significat compedes XX, 1, 44, qui numerus in prisca lingua crebrius exstat; indoles pluralem praebet XIX, 12, 5.

De abstractis nominibus, quae apud hunc scriptorem loberius et insolentius contra bonam consuetudinem pluraliter adhibentur, quamquam Neue, Draeger, Kuehner diligentissima cura usi disputaverunt, non abs re esse visum est omnia quae huc pertineant colligere.

eminentiae XIV, 3, 11.
iacturae II, 27, 5.
philosophiae II, 28, 1. IV, 1, 13. V, 3, 6.
insolentiae VI, 17 l. XIII, 21, 22.
imperitiae VI, 17 l.
gloriae I, 2, 6. II, 27, 5.
perfidiae XIV, 2 6.
sollertiae VI, 3, 34.
ignoscentiae VI, 3, 47.
distantiae II, 26, 6.
petulantiae III, 3, 15. XIII, 28, 4.
elegantiae I, 4, 1. II, 9, 5. XIX, 4, 1.
opulentiae XX, 5, 8.
irae I, 17, 1.
molestiae I, 17, 1.
culpae IV, 9, 12.
desidiae IX, 5, 6.
ignaviae IX, 5, 6.

nebulae VIII, 10 l. translate usurpatum abstractum sensum sibi adscivit.
vitae I, 3, 1. XIII, 2, 1.
violentiae XII, 5, 3.
umbrae XIII, 24, 2 translate.
facundiae III, 7, 1.
disciplinae I, 3, 20.
amores XVI, 19, 6.
vigores XIX, 12, 4.
nitores II, 6, 4. ibid. splendores.
longitudines I, 20, 3. XVI, 18, 4.
altitudines I, 20, 3. XVI, 18, 4.
latitudines I, 20, 3.
amplitudines IV, 9, 14.
magnitudines I, 3, 28. V, 14, 7. XIV, 1, 25.
similitudines XII, 1, 14.
solitudines V, 14, 17.
aegritudines VII, 1, 7. 1, 12.
indagines VI, 16, 6.
origines I, 2, 4.
recordationes XVII, 2, 1.
eruditiones praef. 3.
aestimationes I, 3, 28.
contemplationes XX, 5, 3.
remissiones praef. 1. XV, 2, 5.
observationes I, 12, 12.
sanctiones II, 24, 1.
spectationes V. 12, 1.
reprehensiones VI, 3, 11. 3, 47.
gestationes VI, 8, 4.
aurigationes ibid.
cognationes XVI, 11, 2.
delectationes XVI, 19, 20.
lectiones praef. 3.
translationes X, 26, 9.
complorationes XII, 5, 3.
obliviones IX, 5, 6.
taliones XX, 1, 18. 1, 35.

suspitiones XIV. 3, 10.
collectiones I, 1 l.
irritationes VI, 16, 6.
auditiones IX, 4, 5,
existimationes XVII, 2, 1,
veritates VI, 3, 35. XVIII, 7, 4.
festivitates praef. 4. X, 3, 4.
concinnitates praef. 9. II, 26, 4.
varietates I, 3, 29. II, 26, 5.
deformitates III. 3, 6.
severitates IV, 20, 1.
amoenitates VI, 7, 1. XII, 1, 24.
debilitates VII, 1, 7.
parvitates I, 3, 28.
alacritates XIX, 12, 4.
antiquitates XX. 1, 22.
opportunitates XX, 1, 22.
utilitates I, 3 l. 3, 23. VI, 3, 18. XVII, 5, 10. XX, 1, 22.
tenuitates I, 3, 29.
nobilitates VI, 3, 1.
raritates III. 16, 9.
salubritates II, 1, 5.
ubertates XII, 1, 24.
obscuritates XX. 1, 5.
ambiguitates XVIII, 7 l.
voluntates VI, 3, 47. 3, 54.
potestates I, 3, 24. X, 29, 1.
inanitates XIII, 8, 2.
auctoritates praef. 18. I, 7, 19, IV, 12, 3, V, 21, 5. 21, 7. VI, 19, 8. X, 19, 2. XV, 9, 4. XVIII, 6, 7. 7, 3. XIX, 5, 3.
dignitates I, 3, 24. XVII, 20, 6.
venustates XVII, 20, 6.
tempestates XIX, 1, 9.
impetus I. 11, 13.
quaestus XVI, 19, 6.
progressus praef. 24.
lusus IX, 9, 14.
metus VI, 3, 47.

gemitus I, 26, 7. XII, 5, 9. 5, 11.

eiulatus I, 26, 7. XII, 5, 3.

labes I. 2, 4.

De adiectivorum numero pauca sunt dicenda. Vulgarem dicendi usum in singulari numero ‚plerusque' agnoscere non dubito; cuius complura exempla apud hunc scriptorem reperiuntur IX, 14, 2, ‚pleraque aetas'; idem XVIIII. 5, 8 et XIX, 10, 10. XII, 5, 5, pleraque (scil. stoica disciplina). X, 24, 4 pl. vetustas. III, 8, 1 pl. Italia XVII, 21, 12 pl. Graecia XVII, 21, 34 pl. pars. ‚Ceterus' singulariter exstat I, 5, 1: cetero cultu, II, 21, 8 cetero vocabulo.

singulus. XIX, 8, 5 'singulo numero'. XVIII, 3, 6 ‚nummo singulo multabatur', quem locum scilicet ex hoc furatus est Nonius p. 171. 17, cum dicit: apud alium auctoritatis incertae.

Praeterea ad vulgarem sermonem referendus est singularis numerus ‚paucus'; IX, 4, 5 et XX, 1, 31 aere pauco. IV, 11, 11 pauca carne. De eodem romanicarum linguarum usu v. Dietz gr. II³. 455. Schuchardt Vocal. d. Vulg. III, 48.

c. de nominibus abundantibus.

nervia IX, 7, 3.

menda I, 7, 3. XX, 6, 14 apud poetas et recentiores non infrequens verbum.

labea XVIII, 4, 6, saepius apud Apuleium.

munditia I, 5, 2. IX, 3, 3 optimus quisque scriptor dicere maluit quam ‚mundities'.

adagium praef. 19, recens effictum.

obsidium XV, 31, 1 pro usitatiore: ‚obsidio'

‚iocus' IV, 20 l. XII, 2, 11 facit pluraliter ‚ioca'. Contra ‚loci' forma invenitur III, 7, 3. 7, 17. VII. 6, 8. 6, 9, ubi ‚loca' exspectares.

Verbum ‚penus' varie esse declinatum cum alii tum ipse Gellius testis est v. IV, 1, 2; quam ob rem ipse non certam rationem secutus saepius tertiae declinationis neutris tribuit, semel ablativum pluralem ‚penis' praebet XIX, 8, 1. ‚laurus' quarta declinatione V, 6, 7 rariore forma quam secunda usurpatum.

Tertiae declinationis in ,er, is, e' adiectiva olim masculinam et femininam formam non discretam in ,is' terminaverunt, cuius reliquias servat hic XVII, 21, 10: . . . . . poeta celebris.

d. de defectivis nominibus.

,Venum' non occurrit nisi cum certis verbis coniunctum, velut ,venum dare' I, 19, 2. II, 23, 8. IV, 2, 6. VI, 4 l. 4, 4. XIII, 25, 27. XV, 1, 3. XVII, 6, 2. ,venum ire' II, 18, 9. IV, 2, 8. VI, 4, 1. XX, 1, 47 ,venum distrahere XX, 1, 19; elegans sermo maluit ,vendo' et ,veneo'. ex quibus illud reperitur XVII, 6, 7, hoc XVII, 6, 6.

De verbo ,infitias' postea dicetur.

,Necessum, necessus', apud veteres florent; itaque hic non raro admittit: necessum I, 3, 4. II, 29, 9. III, 1, 12. V, 11, 8. VII, 1, 3. 14, 4. IX, 8 l. X, 11, 7. 15, 8. XII, 2, 2. XIII 3, 3. 20, 11. 23, 5. XVI, 2, 8. XIX, 1, 17. 5, 6. XVI, 8, 1.

e. de singulis casibus.

Interdum nominum Graecorum I et III declinationis et illa lingua et Latina mutat casuum formas v. Matthiae Ausf. Gr. d. griech. Sprache §. 91, velut:

Hippocratae XIV, 6, 3.
Antisthenae XIV, 1, 29.
Socratae ibid.
Aristophanae praef. 20.

Genetivi nominum III decl. in i forma, cuius exempla pauca collegit Hertz vind. Gell. p. 19, hic scriptor utitur frequentius.

Euripidi VI 16, l. 16, 6. 16, 7. XI 4 l. XIII 19, 2. 19, 3. XV, 20, 1.
Sophocli XII, 11 l. 11, 6. XIII 19 l. 19, 2. 19, 3.
Empedocli IV 11, 9, 11, 10.
Oresti III, 10, 11. VI, 5, 5. 5, 7.
Ulixi V, 1, 6.
Aristoteli IV, 11, 4.
Mithridati XV 1, 4. 1, 6. XVII 16 l.
Theodecti X, 18, 7.

Antiquam genetivi ‚as' formam praebet ‚materfamilias I, 23, 10. XVIII, 6, 5. 6, 7. 6, 9.

Tum notabilis est genetivus ‚aliae' II, 28, 1 XVII, 9, 3; Capito apud eundem IV, 10, 8 aliae rei.

Latius propagata est genetivi ‚nulli' forma, cuius exempla apud hunc reperiuntur haec: IX, 2, 6 homo nulli rei XIII, 31, 3 nulli rei esse. XV, 9, 11 homo nulli rei XVII, 6, 2 ‚nulli pretii.

Ex plurali genetivo ut de ‚talentum, duumvirum etc.' taceam, satis est commemorare: deum praef. 23. II, 15, 1. XIII, 23, 1 XVII, 19, 3. liberum XII, 1, 7. XVII, 21, 44; IV, 3, 2 ‚liberum quaerundum causa', quae fuit antiqua iudicialis sermonis formula.

Verba ‚alius, alter' ut genetivum feminini generis ita dativum in ae faciunt, VII, 7, 1. IX, 4 8.

Tertii ordinis dativi priscam formam in e exeuntem, cuius Hertzius vind. Gell. alt. p. 8. vestigia quaedam in manuscriptis libris inveniri monet, nolui praetermittere, quamquam posse de hac re dubitari existimo; II, 12, 1 exhibent libri mss: qui . . . . . non alterutra parte sese adiunxerit; de ablativo casu non cogitandum est; itaque alii scripserunt: alterutrae parti, alii proposuerunt: alterutri p., alii: ad alterutram partem; facillime cum Hertzio mutamus in ‚alterutrae parte', praesertim cum hunc scriptorem in eiusmodi pronominibus veterem declinandi usum imitantem videamus; altero loco III, 1, 13 idem Hertzius l. c. codices praebere; ‚id effeminando esse et animo et corpore' auctor est, ubi mea sententia librarius quidam, qui dativi ‚corpore' formam non intellexit, ablativum subesse putans ‚effeminando' in ‚effeminato' mutavit. Bücheler Grundriss[2] § 279.

Quartae declinationis dativum in u habes III, 7, 3 exercitu, IV, 1, 23 usu; v. etiam IV, 16, 1 sq.

Ablativus in i terminatur in his verbis: finis (vide supra), ignis X, 12, 5. XV, 31, 2. XIX, 4, 6. Ex comparativis duos ablativos in i indagavi: III, 16, 16 longiori X, 19, 3 primori.

Instrumentalis forma quî exstat IV, 1, 5 quîcum. I. 13, 11. X, 3, 1. XIV, 1, 19; pluralis ablativus ‚quis' III, 10, 3 ex quis, III, 11, 2 in quis (bis) X. 27, 3 ex quis, XII, 5, 2 in quis.

Locativus casus deprehenditur in his formis: vesperi XX, 5, 5. tempori II, 29, 11. luci XI, 18, 8. primo luci II, 29, 14. die crastini II, 29, 7.

II. de coniugatione.

‚Re' forma pro ‚ris' indicativi modi II, 26, 7: videre XII, 13, 19 interpretare XI, 16, 8 opinare. XIII, 29, 2 arbitrare; coniunctivi: III, 7, 9 utare XIII, 12, 8 confiteare XIV, 2, 21 utare XVI, 2. 1 rogere XVI, 2, 4 capiare XVI, 10, 6 arbitrere, ibid. interpretere XX, 1, 21 degrediare I, 10, 2 loquare.

Perfecti ‚re' pro ‚runt': memoravere I, 11, 9 appellavere V, 12, 4. dixere IX, 8, 1. fuere XVI, 10, 1. scripsere XIV, 3, 1 et XVII, 11, 1.

Tum antiquae sunt formae coniunctivi: siet XX, 6 1 et ‚edint' XX, 8, 7.

Contractas formas habes IX, 11, 7 insilibat, XV, 2, 1 gestibat.

Verbum mulcendi solet facere, mulsi, mulsum'; sed hic I, 11, 2 ‚permulctus', quod idem profertur a Sallustio hist. fr. 4, 6; III, 13, 5 demulctus.

Priscam infinitivi passivi formam in ‚er' terminantem praebet III, 7, 8 ‚viderier', idem XV, 2, 1.

A verbo excellendi formavit perfectum ‚excellui' XIV. 3, 7, paucos imitatores adeptus.

fervĕre pro fervēre, de quibus cf. Quintilian 1, 6, 7 sq. reperitur XVII, 8, 8 et II, 29, 10.

De verborum genere nonnulla memoria digna videbantur. Ac primum contra sermonem subtilem agendi figura usurpata sunt verba haec:

auspicare III, 2, 10. XIII, 14, 5, ex veterum usu reductum.
assentire VII, 5, 5. v. Varronem apud Gell. II, 25, 9.
eiaculare XVI, 19, 21.
Passivam formam pro activa exhibent:
iuratus sum VI, 18, 6.
placita (scil. est) VI, 18, 6.
libitum est praef. 2. II, 23, 6. VI, 3, 11. IX, 4, 13. X, 25, 1. XI, 17, 1. XIII, 25, 12. XVII, 14, 4. XX, 1, 21. activum ‚libuit' VI, 11, 6. VII, 11, 1.

pigitum est XIII, 22, 1.

Aliquotiens passiva verba passiva significatione instruxit quorum activa forma non in usu fuit nisi prisci aut vulgaris sermonis:

arbitrari I, 13, 2.
complecti XII, 8, 6.
circumplecti XV, 1, 6.
eblaudiri XI, 13, 5.
frustrari V, 10, 16.
adipisci XVIII, 6, 8.

Ex transitivis verbis absolute positis huc pertinent:

moveo IV, 6 1. IV, 6, 1. XI, 18, 13 res movens.
muto II, 23, 7. XIII, 3, 1. XIV, 1, 9. cf. XVIII, 12, 8 sq.
occupo I, 3, 1. IV, 11, 1.
pono II, 30, 2.
averto IV, 18, 4.
converto I, 26, 3. XIII, 25, 7 sed passive: conversus I, 26, 9 convertor II, 21, 4.
promoveo V, 10, 7. idem apud Frontonem p. 53, 14 54. 5. 234, 23.
maculans XVI, 7, 4.
deicio XVII. 12, 1.

Reflexive adhibentur contra praeclarissimorum scriptorum dicendi consuetudinem:

se occupare VI, 3, 20.
se festinare XIV, 2, 9.
se fallere I, 3, 3.
se prorumpere XV, 22, 6.
se ruere VII, 2, 8.

De raro vocabulorum usu.

‚Bene' in cotidiano sermone ad intendendam nominum vim adhibetur, quem usum quod romanicae linguae comprobaverunt mirum non est.

Ac reperitur apud Gellium IX, 9, 12: bene callidus XVII, 18, 1: loris bene caesus.

minutus. De hoc verbo Lorenz Einleitung zu Plaut. Pseudolus p. 62: „minutus steht in der Umgangssprache für

parvus wie grandis für magnus". Apud hunc XIII, 29, 6 coniuncta inveniuntur: parva minutaque; idem XI, 3, 1: res parvas minutasque XIV, 1, 31 minutissima animantia. Alius sensus subest verbo ,minutus' XVII, 5 1, 5, 3. XVIII, 1, 15. Vox ,grandis' magnitudinem et quantitatem exprimit locis his: I, 8, 3. 14, 1. V, 10, 6, XVI, 19, 7: gr. pecunia; XVI, 5, 10 gr. locus; ibid. grandia spatia. V, 8, 6 grandi capite, VII, 3, 1 proelium grande. XIV, 6, 1 grande volumen.

Ut aliarum linguarum ita Latinae sermo vulgaris temporis particulas solet mutare loco, Hand tursell III. 166. 3. Ac ne hunc quidem scriptorem recedere ab illo usu docent loci allati; ,ibi' pro ,tum' positum est: I, 11, 4. IV, 18, 9. V, 14, 17. 14, 22. 21, 6. VII, 16, 1. IX, 2, 6. 11, 7. 15, 11. X, 19, 2. XI, 17, 4. XII 2, 8. 5, 1, XIII, 20, 3. XV, 9, 10. XVIII, 1, 4. 2, 10. 3', 5. XIX, 1, 6. 1, 14. 12, 9; similiter ,inibi' ad tempus refertur I, 3, 1. illic V, 14, 20. De coniunctis verbis ,ibi tum' v. infra.

Praepositio ,propter' antiquam et primariam significationem servavit XIX, 4, 3. ,propter ignem stare'.

,Prorsus' ad locum videtur spectare XVI, 19, 17; tum Arionem prorsus ex eo loco Corinthum petivisse.

Recentiorum argenteae aetatis scriptorum est usus, quo ,iuxta' ad tempus refertur, cuius exemplum unum indagavi XVII, 21, 14: iuxta ea tempora.

,Circa' = κατὰ in Betreff XI, 14 1: ,responsio circa vini usum'; post Ciceronem demum in usum venit.

,Citra' = non accedens v. Draeger I². 615. Gell. XII, 13, 24: ,citra modum'; de eadem praepositione verbi ,sine' significatu instructa cf. Draeger I². 616.

Verbi ,civis' vim habet ,popularis' V, 3, 3: ,in oppidum, cuius popularis fuit'.

Vox ,civitas' significationem ,oppidum' ad vulgarem dicendi consuetudinem accedentem accepit his locis: V, 3, 4. VII, 8, 3. 17, 3. XV, 10, 1. 31, 5. cf. XVIII, 7, 5. De eiusdem verbi sensu XIII, 29, 4, potest dubitari. Illam significationem non modo posteriores scriptores, sed etiam romanicae linguae retinuerunt.

‚Infans' proprium sensum habet V, 9, 1 = qui fari non potest.

‚Potestas' significans, Bedeutung, Sinn' exstat I, 3, 24. et X, 29, 1.

‚Longinquitas' unus Gellius I, 1, 3 ad hominis corpus refert..

Verbum ‚tempestas' adiungo sensu vocis ‚tempus' praeditum, non quod omnino fugiendum id esse existimem, quippe quod omnes fere rerum scriptores inde a Caelio (v. Cicero de orat 3 § 153) usque ad Ammianum minime improbaverunt, sed a Gelliani sermonis genere, qua est simplicitate, aliquid recedere et alienum esse ratus. Ac reperitur: III, 15, 4. XV, 11, 5. XVII, 21, 17. 21, 20. 21, 38. XX, 1, 31. 5, 7; pluralis numerus: VII, 17, 2. XVII, 3, 1. 21, 15. 21, 36. ‚ignarus' passivam habet notionem XIV, 1, 13. cf. IX, 12, 20.

Non ab optimo sermone abhorrens, sed rarius est verbum ‚et' significans ‚etiam'; apud hunc exstat coniunctum cum verbis his: sed e. II, 18, 8. IV, 11, 13. V, 9, 5. VI, 1, 5. XII, 2, 1. XIII, 15. 6. XX, 1, 17. e: alius XIV, 1, 12. XVI, 18, 5. XVII. 9, 18.

et ipse XX, 1, 35.

et nunc XI, 1, 6.

quin et XVII, 16, 4.

non tantum, — sed et, I, 15, 3. IX, 12, 20.

non solum — sed et X, 23. 3. 26, 10.

Praeterea V, 8, 11: XIII, 12, 8.

Ab eleganti et urbano dicendi genere alienum est, ‚olim' dicere de futuris rebus, id quod non modo poetae sed etiam argenteae aetatis scriptores, vel ipse Cicero in epistulis ad Atticum datis interdum admiserunt; ex Gellio unum potest repeti exemplum XIV, 1, 20; prospici quinam olim futuri essent.

‚uter' indefinite ursurpatur II, 4, 6: neque utra sine altera constare possit.

Vetustatem olet ‚aliqui' usus substantivi XI, 13, 5: aliqui vestrum'.

Rarus et a recentioribus potissimum dilectus est sensus ‚ob' praepositionis is, quo exprimitur ratio et consilium, quod nos germani dicimus, zum Zweck, in der Absicht; sic. III, 3,

14 ‚ob quaerendum victum, V, 2, 5 ob equi honores. 6, 5 ob honorem'.

‚Inter' cum movendi verbis primus Vergilius componere ausus est; secuti sunt recentiores, in quibus Gellius XV, 20, 3 ‚inter athletas pueros deduxit'.

‚Colere' intransitivum sensum adscivit II, 22, 19 ibid. 29. XVI, 11. 5.

‚Interim' a recentioribus bis ponitur pro ‚modomodo'; apud hunc VI, 3, 47.

‚Jamiam'. quam antiquam dicendi formam esse Handius turs III, 155. censet, exstat II, 29, 4.

Singularis est formula ‚tanquam si' nomini adnexa, ubi simplex ‚tanquam' suffecit, XV, 22, 6: universi tanquam si deo libentes parebant'; ubi ‚tanquam si' eam habet excusationem, quod possis supplere ‚t. si deus esset' vel ‚tanq. si deo parerent'.

‚Potius' verbo ‚quin' primus adiungit Livius inter alios Gellium imitatorem adeptus; v. II, 29, 11: quin potius imus'; ‚magis' additum est XI, 15, 5.

‚Aliquis' numeralibus verbis additum reperitur, quo numerus non plenus intellegatur, v. Haasium ad Reisigii Vorles. über lat. Sprachw. p. 340 not. 354. Cuius usus exempla rara ad vulgarem sermonem accedunt; III, 7, 6; ‚quadringentos aliquos milites'. Nolim cum multis doctis viris hunc totum locum Catoni ita tribuere, ut ipsa Catonis verba ex originum libris exscripsisse eum putem, quod paragrapho duodevicesina iam non sua, sed Catonis verba praebiturum se esse dicit.

Pro ‚non solum — sed etiam' adiectivum ‚n. solus — sed etiam' posuit his locis: I, 21, 3 neque id soli Hygino, sed etiam, 21, 7 non verba sola, sed 22, 21 non inproprietas sola — s. e. VI, 17, 12 non originem solam sed quoque XII, 1, 20 non partionem solam, s. quoque. XIII, 8, 2 non libris solis, sed quoque XVI, 6, 12 non oves solas, sed XVIII, 10, 8 non medico soli, sed quoque.

Contra bonorum scriptorum usum vocem ‚uterque' pluraliter usurpat V, 1, 4 ‚utrarumque animi partium' XVII, 2, 1 in utrasque existimationes XVIII, 4, 5 ‚utraque', ubi praecedente plurali numero minor est offensio.

Urbanus sermo superlativum gradum cum ,quisque' compositum singulariter adhibere solet; sed sunt qui pluralem numerum admiserunt; sic Gellius III. 10, 9: gravissimos quosque, II, 21, 10: ,proximae quaeque', ubi structurae insolentia lenitur autecedenti plurali ,ternae stellae'.

Orationis luxuriem resipit pluralis numerus ,populi'; praecipue Apuleio (met. 4, 29, saepius) acceptus; apud hunc reperitur III, 13, 2.

Tum est quod mireris ,polliceri' de rebus dictum esse, sic antea unus Plinius eo verbo usus erat; apud Gellium I, 13, 3: etiamsi repentinus aliqui casus — polliceretur.

Inter alia quae ex Quadrigarii annalibus nota adspergit XVII, 2, hoc profert in paragrapho duodevioesima, „se ne id quoque, quod tum suaderet, facturum esse.“ ,Ne id quoque' dixit pro ,ne id quidem', infrequens nunc in loquendo, sed in libris veterum creberrimum.“ Ipse quidem infrequentem usum in suum sermonem recipere non dubitavit: I, 2, 5 ne oris quoque, XI, 5, 4 ne videre quoque XX, 1, 15 ne procedere quoque.

Vulgarem esse comicorum consuetudinem particulae ,dum' tam particulis quam imperativis annectendae docet Lorenz ad Plaut, most 115, qui idem eam in prosa oratione angustioribus finibus circumscribi contendit. Ultra hos progressus Gellius II, 2, 7 praebet: ,sededum cum conspicimus' (sic Hertziana); Ipse Hertzius vind. Gell. alt p. 37. primum per errorem ,conspicimus' pro ,inspicimus' typis expressum esse confitetur, tum, quam lectionem P (Regius Parisinus): ,sede. dū cū inspicimus' exhibeat, eam profectam sibi videri dicit ex glossemate ,cum' ex ,dum' particula depravato; ,dum' enim sensum poscere, quod praecedat: ,interea'. Equidem quamquam in eius modi raro usu ab hoc scriptore abiudicando cautionem adhibendam esse censeam, hac in re cum Hertzio emendante facio eo potissimum commotus, quod apud Joannen Sarisberiensem illum locum policrat. 4, 7: praeberi ,sede dum conspicimus' idem doctus vir vind. Gell. alt. p. 37 not. 93 addit.

Verbo ,alius' optimus sermo ,quam' adiungere non solet nisi ubi negationem habet; primus Livius hac lege neglecta scripsit 39, 28: longe aliam quam; post Plinium et Suetonium

Gellius admittit XVII, 6, 5: ,aliud omnino est quam. Verrius scripsit'.

,Ac' ante verbum a vocali incipiens reperitur I, 13, 9: clari ac incluti; XVI, 8, 16 ac inutilis. Fusius de hoc usu exposuit Hand turs I. 454 sq.

Verbum ,namque' apud optimum quemque scriptorem primum locum tenere, inde a Livio secundo loco collocari coeptum esse tradit Draeger II, 162. Sed antea Catullus 66, 65 et Varro postposuerunt (v. Gell. III, 10, 2). Idem fecit ipse Gellius saepius: II, 22, 20: V, 10, 4. VI, 3, 18. X, 3, 17. XI, 2, 2. XIII, 8, 2 31, 5. XVI, 2, 3. IX. 5, 3. X, 6, 2. XVII, 20, 9. XVIII, 7, 3. XX, 1, 51. 6, 9.

,Cum' praepositio relativis pronominibus solet postponi; sed post Ciceronem praeponi eam docet Greef in Philologo XXXII, p. 711 sq. Ibidem p. 724 loco citato VI, 3, 2 ,cum quo' addendi sunt VI, 1, 2: ,cum quo et XVI, 19, 21 ,cum quibus'. Quod deinde idem doctus vir l. c. p. 707 ,quîcum post Ciceronis tempora iam inveniri negat, semel apud Gellium exstat IV, 1, 5 ,quîcum loquor'.

Tum conspicua postpositio est in formula ,qua de agitur', ut mihi videtur, quandam quasi vetustatem olenti, cui comparare iuvat iurisconsultorum formulam ,qua de re agitur'. Apud Gellium habes ,qua de agitur XII, 13, 17 et XIV, 2, 18.

Late patet apud hunc usus verbi ,quisnam' pro ,quis' in enuntiatis interrogativis indirectis, quem quantum scio purus sermo improbavit. Sic reperitur: I, 3, 8. 3, 9. 13 l. 17, 2. 23, 5. 25 l. II, 4, 1. 4, 5. 4, 6. 21, 3. 28, 1. III, 1, 3. 2 l. 16, l. VI, 4, 2. VIII, 1 l. IX, 2, 2. 6 l. 15, 10. X, 1 l. 8 l. XI, 5, 3. 7, 4. 15, 8. 16, 2. XII, 13, 17. XIII, 18. 2. 20, 2. XIV, 1, 26. 1, 20. 1, 24. XVI, 3 l. XVII, 9, 4. XVIII, 2, 8. 2, 12. 3, 2. 4, 3. 5, 7, XIX, 1, 12. 1, 5.

Varia et mira est structura verbi ,interest', ubi significat: ,es ist ein Unterschied'; personaliter usurpatur X, 26, 7: quantum existiment interesse ,ingredi' atque ,ambulare'; cum ablativo componitur III, 14, 4. 'quid ,dimidium ,dimitiato' intersit'; impersonaliter simplicem accusativum regit XI, 5, 6: ,an quid et quantum Pyrronios et Academicos philosophos intersit'. Ex confusis his structuris ,quantum potest' et

maxima potest' profectum videtur esse illud ,spe quantum potest firma' I, 13, 5. Tum mirus est verbi ,quantum' pro quam' usus IX, 13, 4 ,quantum insolens'.

Pars II.

De syntaxi.

De casibus.

I. de accusativo.

,Parco' cum accusativo reperitur coniunctum XVI, 19, 10 ,vitam sibi ut parcerent', ubi dativum quoque ,sibi' notes.

,Succenseo' rem propter quam quis irascitur, apud optimos scriptores accusativo casu enuntiatam non habet nisi ubi neutrum pronominis genus positum est; contra Gellius audet dicere XVI, 11, 6: Psyllos eam iniuriam Austro sucensuisse'.

Accusativus pendet a supersedendi verbo II, 29, 13 ,operam supersederunt; antea Cornificus 2, 26 gerundivum admisit: ,haec causa non visa est supersedenda'.

Intransitiva verba interdum transitive usurpata cum accusativo constructa reperiuntur; sic II, 29, 16 ,cassita nidum migravit', XII, 5, 7 ,natura induit nobis inolevitque amorem nostri et caritatem', VI, 1, 6 quod solum ingredientem canes . . . . latrarent'.

De accusativo qui dicitur verbali, quoniam Draegerus complura ex hoc scriptore congessit, haec tantum adiungo: IX. 3, 5, quod habeo gratiam XVII, 8, 8, intolerandum fervit' XVII, 9, 22 leve compungit.

Recentior aetas verbum ,indulgere' cum accusativo iunxit, ubi significavit, = einem etwas erlauben, schenken; II, 24, 7, nuptis ducenos indulsit'. XIX, 1, 1: navigabamus Brundisium mare Jonium (ubi ,per' desideras), Ardeo aliquem' secundum poetarum usum Gellius praebet VI, 8, 3 ,pueros arserunt'; comicorum usum redolet ,deperire aliquam' VII, 16, 13.

,Potiri' cum accusativo constructum reperitur XIII, 1, 5 quae mortem per vim potita est'.

Verbum latendi apud recentiores scriptores eosque neglegentiores accusativum assumit; ita apud Gellium IX, 16 1 ‚quod Plinium Secundum fugerit latueritque' XIII, 29, 6 ‚ne nos forte fugeret lateretque'.

Structurae duritia lenitur in verbis ‚satisfacio' et ‚disputo' ea re quod passiva eaque perfecti forma usurpatur VI, 18, 9 ‚iureiurando satisfacto' XVII, 12, 1 ‚de materiis infamibus a Favorino disputatis'.

Vox ‚aeger', quae apud optimos ablativum poscit, accusativum recepit XIX, 10, 1 ‚pedes tunc graviter aegrum'; eadem constructio apud Tacit. hist. 4, 81.

De accusativo a verbis passivis aut neutris pendente v. Draeger l. c. I² § 166.

Accusativus adhaeret verbis ‚calleo' XVI, 10, 3 ‚ius civile callentem' XX, 1, 20 ‚quis . . disciplinae suae leges . . . . callet', ‚percallesco' ibid. ‚leges tu nostras percalluisti', I, 22, 7 ‚disciplinas . . percalluerat' XIII, 10, 1 origines rationesque percalluerat XVII, 17 1 ‚quod tris linguas percalluisset' XVII, 17, 2 linguas percalluit'; ‚eruditus' II 21, 3. ‚Graecas res eruditi erant' XIX, 12, 9 fiduciam eruditus'; doctus XIX, 9, 7. ‚nostras quoque literas docti' XIX, 12, 9 ‚doctus audaciam'. XVIII, 9, 2 ‚literas sciens'.

Rarius ‚desino' verbum transitive acceptum coniungitur cum accusativo; sic XV, 16, 2 ‚cum artem athleticam desisset', passive I, 10, 2: sermone desito XI, 7 1: verbis desitis XV, 31, 5 oppugnatione desita XV, 17, 2: disciplina canendi desitast II, 12, 3: ad desinendam seditionem. Similiter ‚desisto' pronominis generis neutrius accusativum adsciscit XVII, 3, 4 ‚neque id destiterunt'.

‚Egere' habet accusativum pronominis IX, 8, 3: ne quid egeat, XIII, 24, 2 ‚nihil tamen egere' ibid. in autecedenti paragrapho Cato: quia multa egeo.

‚Poscere' cum accusativo constructum est et hominis et rei VI, 19, 2 ‚eum praedes poscebat'; passive IV, 18, 12 ‚quod rationem pecuniae praedatae posceretur'. cf. exempla similia collecta XV, 14.

Ex verbis compositis transitive usurpatis commemoro haec: assideo VI, 1, 8 ‚assidebat oppugnabatque oppidum'.

circumfluo XII, 13, 20 omnis terras circum fluat
circumscribo ibid. ,oceanus circumscribat omnis terras
circumstrepo II, 29, 8: circumstrepere orareque matrem·
irrepo I, 6, 4: possint movendos hominum animos inrepere.
incino I, 11, 12: si numeros et modos et frequentamenta incineret.

egredior. VI, 18, 9: ,cum egressi castra hostium fuissent';
edormio VII, 10, 5 donec nocturnum omne vinum edormiant.
subeo XV, 1, 2 proprio sensu subiecto: subeuntes montem; saepius translate, ut ab exemplis proferendis possimus abstinere.

Semel ,clam' praepositioni accusativum addit antiquorum comicorum usum secutus II, 23, 16: cl. patrem. De accusativi ,id temporis etc.' usu v. Draeger I, p. 397. Apud Gellium extat ,id temporis: I, 23, 2. II, 29, 4. VI, 1, 6. IX, 7 1. XII, 1, 17. XIII, 11, 4. 18, 3, XVIII, 6, 1. ,quid aetatis' I, 12 1.

,id, hoc, quod genus'; immoderate ab hoc scriptore eiusmodi accusativo indulgetur, quem imprimis familiari sermoni gratum et acceptum fuisse putaverim. Neque ego Draegerum I § 2, qui eam rationem velit intellegi appositivam, possum sequi, quod non modo nominativus, sed etiam obliqui casus sibi adsciscunt, sed cum Kuehnero gr. l. II p. 217 adverbialem accusativum statuo. Quamvis longa sit exemplorum series, tamen non piget ea per singulos casus disposita enumerare.

nominativus: IV, 16 l. i. g. quaedam IX, 12, 13 alia quaedam i. g. X, 20, 3 alia i. g. iussa. 22, 24 i. g. homines 23, 2 quae i. g. XIII, 22, 5 omnia i. g. XVIII, 8, l. alia i. g. XIX, 8, 13 i. g. cetera XX, 4, 2 i. g. artifices.

genetivus XI, 15, 8 aliorum i. g, verborum XIII, 10, 2 pleni i. g. rerum XVII, 16, 2 remediorum i. g. sollers.

dativus IX, 2, 8 aeruscanti i. g.

accusativus IV, 1, 19 sermones i. g. communes VI, 16, 2 pleraque i. g. XIII, 22, 7. i. g. calciamentum. XVI, 18, 3 multa demiranda i. g. XVII, 19, 3 multa i. g. theoremata XVIII, 13, 7 sophisma i. g.

ablativus praef. 4. in i. g. libris. I, 15, 12 de i. g. hominibus II, 2 l. in i. g. rebus. XI, 7, 7. a lectionibus i. g. 15 l de i. g. productionibus XIV, 1, 35 a quibusdam aliis i. g. 7, 11 alia quaedam i. g. XV, 2, 3 i. g. vili verborum caterva

XVII, 16 1 in i. g. medicamentis XIX, 1, 21 rebus i. g. obortis 9, 7 de ceteris i. g. poetis.

Absolute collocatum reperitur XIII, 21, 8: cum id genus sis XVII, 9, 6: epistulas i. g. factas.

‚hoc genus': I, 15, 20 h. g. homines praef. 19 nullas h. g. vigilias. X, 24, 8 multa h. g.

quod genus: I, 15, 17 ‚quod genus homines appellantur; absolute XI. 3, 1: quod genus est praepositio ‚pro'.

quid genus IX, 13, 4: quis hostis et quid genus.

II. de dativo.

Verbum adiuvandi cum accusativo rei dativum personae coniunxit II, 29, 7: ut messim hanc nobis adiuvent.

‚Necessum est' dativum habet XII, 2, 2: mihi ..... non necessum est. Recte Kuehnerus II. p. 812 notat dativo casu magis quam accusativo eum premi, qui necessitate cogatur.

‚Supersedeo' tertio casui subiungitur X, 14, 1; exemplis supersedeo. Eandem rectionem praebent auctor bell. afr. 75, 2 et Monument. Ancyranum I, 1, 22.

Verbo ‚indeceo', quod apud unum Gellium invenitur, dedit dativum VI, 12, 2 ‚feminis vestem ..... indecere'. Jam mireris verbum conloquendi XVII, 17, 2 dativum adiunctum habere: ‚earumque omnium gentium viris . . . conlocutus est'. ‚Cum' exstat additum XV, 22, 5: conloqui secum.

Poetae et recentiores voci ‚maturus' dativum addunt, sic XII, 8, 4: virginem habens iam viro maturam.

Verbis passive usurpatis pro a propositione dativus additur his locis:

Praesenti tempori: V, 6, 12: quoniam cibus victusque antiquissimis quercus capi solitus IX, 1, 9: quod hoc in loco Claudio dicitur. XIII, 29, 2: cum is liber eaque verba Frontoni legerentur.

Perfecto: I, 7, 4: cui pleraque omnia . . quaesita, meditata evigilataque erant. II, 26, 19: nostris autem veteribus ‚caesia' dicta est. IX, 4, 5: scriptoribus fere nostris intemptata. XIV, 6, 1: quem sibi elaboratum esse ait XVIII, 10, 11: medicis autem veteribus ita definitus est. XIX, 8, 9: his deinde verbis lectis sibi XIII, 25, 4 opera mihi sumpta est.

III. de ablativo.

Usus est. I, 14, 2: qua nihil sibi esset usus; II, 15, 3: praemiis atque invitamentis usus fuit; quae structura comicis maxime fuit comprobata.

‚usitor' ablativum recepit solum apud Gellium: X, 10, 1: anulis usitatos 21, 2: cum Cato et Sallustius verbo isto usitati sint XVII. 1, 9; tametsi antiquiores verbo ipso . . usitati sunt.

‚indigeo' verbo apud hunc scriptorem semper ablativum subiectum repperi. Ac legitur: I. 11, 14. IX, 8 1 12, 3. XII, 15, 2. XIV. 2, 13. XVII, 8, 8. XIX, 8, 12. XX, 1, 41.

madeo ablativum recepit XIII, 8, 5.

Singularis est usus ablativi praepositioni ‚sub' cum movendi verbo coniunctae additi; XVII, 21, 36: sub iugo missi; si quidem hic locus corruptela vacat; Gronovius enim ‚sub iugum' edit.

Ablativus ab ‚abhinc' pendens ad antiquorum imitationem referendus est v. Hertz vind. G. alterae p 31; I. 10, 2: sermone abhinc multis annis iam desito uteris. XIV, 1, 20: centesimo usque abhinc saeculo' ubi nomen ordinale notes. Verbum ‚interest v. supra.

IV. de genetivo.

‚Scatere' adiunxit sibi genetivum I, 17, 1: irarum et molestiarum scatebat', quam eandem structuram praebet Lucretius 5. 40: terra ferarum scatit. Duobus aliis locis eidem verbo ablativus subiungitur: I, 15, 2: scatere verbis XVII, 8, 4: argutiis scatens. Apud eundem XIV, 6, 1 ‚praescatere', quod verbum alibi non reperitur, recipit genetivum: librum doctrinae omnigenus praescatentem.

‚Capitis perdere'. Hauc formulam, quae exstat I, 3, 4: ‚aut amicus igitur capitis perdendus fuit', ex Plauto, ubi reperitur Asin. 132 Bacch. 490. Mil. 371. sumptam esse verisimile est. Similiter XI, 18, 8 ‚furti manifesti prensus' antiqua esse iudicialis sermonis videtur formula, si vere ipsius Gellii est, non ex XII tabularum legibus deprompta.

‚Potiri' habet genetivum secundum rariorem usum VII,

17, 1: Athenarum potitus IX, 3. 1: nationumque multarum potiri coeperant.

Pro ablativo genetivus adhaeret verbo ‚notare' IV, 12, 2; inpolitiae notabatur.

‚Judicare', quod primus Tacitus in annalibus quater cum genetivo construxit rei et accusativo hominis, passive reperitur apud Gellium XX, 1, 42: confessi igitur aeris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati. 1, 47: quantaeque pecuniae iudicati essent.

Unus quod sciam Gellius verbo ‚frustrare' genetivum dedit V, 10, 16: captionis versutae et excogitatae frustratus fuit. Ex adiectivis genetivum habentibus afferenda sunt haec: dignus XX, 1, 8: violentia digna capitis poenae. Alio loco VII, 14, 4. ubi est: , non sane dignum esse imponendi poenae studium visum est', recte cum Hertzio vind G. alt p. 58 verbi dignus absolute collocati usus statuitur.

infrequens XIII, 25, 4: i. vocum Latinarum.
indiligens XV, 28, 1: rerum memoriae non i.
sollers XVII, 16. 2: remediorum id genus sollertem fuisse
incuriosus VII, 5, 1: rerum antiquarum non i; ita cum recentiores argenteae aetatis tum Tacitus.
doctus XIII, 12, 1: legum atque morum populi Romani iurisque civilis doctum apprime fuisse. XIX, 7, 1: rerum literarumque veterum inpense doctus.
indoctus VI, 3, 8 rerum literarumque veterum i.
sciens XVIII, 5, 10: linguae Latinae sc.
callens XVII, 5, 3: utriusque linguae c.
sitiens XII, 2, 13 pecuniae sitientem.
sapiens XIII, 8, 2: s. rerum humanarum.
dives IV, 1, 1: quispiam grammaticae rei ditior.
prodigus XI, 5, 4: iudicii sui pr.
capiens IV, 1, 12: rationis et scientiae c.
respuens VII, 15, 2 communiumque vocum r.
altus IV, 18, 1: a. animi.
securus V, 2, 4: domini iam superstitis s.
caecus XII, 13, 4: c. animi,
dulcis XVI, 3, 1: fandi dulcissimus.
consolabilis XVI, 19, 12: carmen casus illius sui c.

suspensus XIV, 1, 36: te spei s.

Cum recentioribus argenteae aetatis adverbium ‚abunde' cum genetivo construit; VII, 8, 4 quibus abunde et ingenii et otii et verborum est.

Verbi ‚partim' structura digna est, de qua pauca verba faciamus. Ipse Gellius, qui de hac locutione X, 13 disserit, posse eam a praepositionibus pendere scribit, ex Catonis oratione de re Floria excitans: ‚cum partim illorum iam saepe ad eundem modum erat'. Mea sententia discernendum est inter eos locos, ubi ‚partim suam obiecti naturam retinuit, velut apud Livium XXVI, 46, 8 ‚partim copiarum mittit', et eos qui illud genuina ratione deposita adverbialiter usurpatum exhibent. Inde eo res venit, ut absolute positum vel genetivum recipiens subiecti partes susciperet. Illius usus exempla apud Gellium sunt haec: praecedit ‚alii' praef. 6, saepius. II, 22, 18: partim autem sunt V, 6, 27 p. enim scripserunt XII, 2, 1 p. existimant'.

genetivus adiunctus est III, 16, 16: p. eorum disputabant. VI, 3, 6 cum p. senatorum quererentur.

De praepositionibus.

Argentea quae vocatur aetas praepositione ‚super' pro ‚de' = in Betreff uti non dubitavit; quem usum Gellius immodice secutus est; ac reperitur:

praef. 13.

lib. I. 3 l. 3, 4. 3, 10. 3, 21. 3, 26. 3, 31. 4, 2. 6, 5. 8 l. 8, 3. 9, 8. 11 l. 11, 19. 13 l. 18, 2. 19 l. 19, 1. 23 l. 23, 5. 26, 3.

lib II. 2 l. 2, 8. 2, 12. 4, 1. 7, 2. 7, 6. 10 l. 15, 7. 17 l. 19, 4. 21 l. 22, 2. 23, 8, 27 l. 28, 5,

III. 1, 8. 2 l. 2, 10. 3. 1. 8, 7. 11, 1. 16 l. 17, 6.

IV. 2 l. 6, 4. 7 l. 9 l.

V. 2, 3. 2 l. 6, 27. 10, 4. 17, 5. 18 l. 18, 2. 19 l.

VI. 3, 4. 7 l. 8 l. 15 l.

VII. 2, 6. 4 l. 7, 2. 8, 4. 10 l. 13, 8. 15, 6.

VIII. 1 l. 6 l. 15 l.

IX. 1, 7. 3 l. 7, 3. 12, 19.

X. 1, 3. 3, 3. 3, 6. 12, 10. 15, 32. 17 l. 19 l. 22, 3.
XI. 5, 5. 10, 1. 11, 3. 18, 10.
XII. 3 l. 11 l. 5, 5. (ubi ‚supra' in editione Hertziana falso pro ‚super' expressum legitur).
XIII. 2 l. 7, 6. 11, 4. 12, 5. 15, 3. 23, 12. 25, 15.
XIV. 1, 19. 2, 12. 2 l. 2, 14. 2, 17. 2, 20. 5, l. 7, 3.
XV. 3, 3. 6 l. 7 l. 7, 3.
XVI. 3 l. 6 l. 11, 3. 19 l. 19, 1. 19, 19.
XVII. 2, 27. 7, 4. 9, 16. 10 l. 10, 1. 10, 9. 21, 1.
XVIII. 3 l.
XIX. 1, 13. 1, 19. 2, 5. 12 l. 12, 7.
XX. 4 l. 7 l. 7, 1.

Ablativus temporis in puro sermone caret ‚in' praepositione, nisi ubi significat „zu gelegner Zeit vel„ unter diesen Umständen. Sed apud Gellium rarius est simplex ablativus quam appositum ‚in', quo scilicet clarius ac magis perspicue exprimatur temporis ratio et vis. Sic ‚eo tempore, ea aetate, tempestate' octies decies, ‚in eo t, in ea aet. temp.' vicies septies repperi; contra pluralis numerus ‚iis temporibus, tempestatibus' quinquies, ‚in iis temporibus, aetatibus' quater exstat.

Similiter invenitur ‚in hoc, eo loco' sexagies octies, simplex ablativus quater; pluralis numerus ‚in iis, his locis' decies, ‚iis locis' bis. Utraque re Gellii temporibus in sermone neglegenti casus coeptos esse dissolvi et praepositionum usu compensari evincitur, quam consuetudinem romanicae linguae secutae sunt.

‚Procul', quod apud optimos et sincerissimos scriptores adverbialiter ponitur, inde a Lucretio paene in praepositionis naturam mutatum esse apparet ita ut nihil fere a ‚sine' verbi significatione absit; qui usus praecipue continetur hac locutione ‚dubio procul'. Id exstat apud Gellium I, 19, 6. II, 6, 5. (bis), VI, 3, 24. XII, 13, 7. XIII, 13, 3. XVI, 2, 2. XVII, 6, 6. XX, 6, 13. Cum alio verbo coniunctum est XVII, 19, 1: ‚factis procul', ubi latine reddit, quod graecum est ἄνευ τοῦ πράττειν.

‚Ad' non raro reperitur pro ‚apud' usurpatum, Draeger § 252, 2. Gell. XIX, 7, 2: cum ad eum cenassemus. XX, 10, 10: ut ad praetorem solitum est; pro ‚in' XII, 13, 20: quae terra

ad eam partem foret; ‚apud' pro ‚in' v. Draeger § 253. 5 apud recentiores late propagatum est; ex Gellio affero: IX, 4, 6: a. eandem caeli plagam IX, 4, 9 a. ultimas orientis terras. IX. 4, 10: a extrema Indiae. XVI, 10, 11: esse a. remp. videbatur. XVIII, 3, 1: apud contiones.

‚se dedere ad' pro usitato dativo II, 21, 6: qui se ad litteras memoriasque veteres dederunt'; antea apud Livium v. Kuehnast Livian. Syntax p. 154 sq. Similiter apud Gellium ‚dare aliquem ad' V, 14, 10: ad pugnam bestiarum datus V, 14, 27: dandum ad bestias curavit.

Pro ‚postremum' reperitur ‚ad p.' II, 29, 14. III, 16, 20. XIV, 1, 15. XIV, 1, 27.

ad extremum VI, 11, 5.

ad hoc exemplum XVIII, 13, 5.

‚Ad' ab adiectivis pendet: I, 7, 20: iucundius ad aurem. VI, 20, 2: suavius ad auris sit. XIII, 21, 20: subtilius ad aurem molliusque est. XIII, 28, 4: ad vitandos ictus cauta sunt; ad verba adiungitur I, 13, 13: si quis ad id . . . non repondeat (sic saepe apud Vitruvium reperitur.) I, 14, 1: multa ad splendorem defieri.

‚Ad vicem' semel apud Gellium, II, 15, 1: ad deum prope et parentum vicem: simplex accusativus: X, 3, 11 non querentis neque implorantis, sed nuntiantis vicem. X, 3, 19 servorum vicem. XII, 5, 13 monstri vicem XVI, 10, 11 obsidis vicem pignerisque; semel ablativus ab hoc scriptore praebetur quem solum elegans sermo probavit, II, 6, 9: vice proverbii.

Verbum visendi, cui simplex accusativus addi solet, ‚ad' praepositio sequitur XVIII, 8, 2: quod ad se aegrotum non viseret, qui idem usus apud solum Terentium antea deprehendi videtur; XIII, 31, 10: revise ad me.

Rarum est ‚integer a' III, 5, 1: a stupro integer. v. Krebs Antib. s. v. integer; singulare XI, 7, 7: a lectionibus id genus paucis apirocalus.

Verbum valendi a praepositionem habet pro ablativo XIII, 31, 10: cum valebo ab oculis.

Simplicem ablativum instrumenti praepositio ‚ex' suo movisse loco videtur XVI, 3, 1: quasi ex lingua capti.

Cum eadem praepositione compositum est ,alienus' XIX, 7, 13: ex prosae orationis usu alieniora.

Vice simplicis ablativi ,more' apud recentiores fungitur ,ex more'; Gell. V, 13. 2: ex moribus populi Romani VI, 1, 9 ex more; item ,de more' III, 3, 4 de illius Plauti more III, 3, 15 de Graecorum poetarum more; XII, 5, 2 et XVI, 19, 14: de more.

,aptus' praepositionem ,de' habet apud Gellium I, 15, 1 vinclis de pectore imo ac de corde aptis; cum ,ex' verbo in optimo sermone coniunctum reperitur; sic VII, 2, 1: ex quibus apta nexaque est.

Verba cum ,ex' praepositione composita aut simplicem ablativum aut ,ex' poscunt. Sed differunt in singulis singul. scriptores ita ut interdum ,de' patiantur, velut in ,eicere, expellere, excedere'. Sed quis protulit ,verbum de verbo exprimere', ubi bona dicendi consuetudo constituit ,v. ex verbo exprimere'? Ante Gellium XI, 16, 3, nemo id proferre ausus esse videtur nisi Terentius in prol. ad Adelph. 11.

Singularis esse videtur structura ,contrarius contra XX, 8, 7.

Verbis orandi veteres ,cum' praepositionem soliti sunt subiungere v. Holtze synt. prisc. scr. lat. I, 97 sq. Hunc usum denuo protulit Gellius XX, 1, 21 ,quaeso tecum' antecedente Frontone 168, 12 N: tecum quaeso. De hac structura fusius disserit Heerdegen Unters. z. lat. Semasiologie Heft 3 p. 21.

,Aequipero alicui aliquid' purus sermo; Gellius ,aeq. aliquid cum aliquo III, 7 1: virtutem cum Spartano Leonida aequiperat.

In praepositione ,in' recentiorum liberiorem usum non modo secutum eum, sed etiam ultro esse progressum colligitur ex exemplis his:

I, 15, 20: in verba proiectus. I, 26, 7: provolutus effususque in iram. I, 26, 8: in spumam ruboremve effervesco XIII, 22, 1: in mores atque literas spectatus. XIX, 2, 3: libidines in cibos atque Venerem prodigae. V, 18 1: in quid differat. XVI, 18, 3: maiora fiunt in oculos. II, 29, 1: res induere in mentes. XIII, 17, 1: institutio in bonas artes. XVI, 8, 1: in disciplinas dialecticas induci atque imbui.

Verbum condendi ,in' sumit cum accusativo coniunctum I, 19, 10: in sacrarium conditi II, 10, 3 quod in eos conderetur.

Similiter ,in' cum accusativo' exstat, ubi ablativum exspectares; sic IX, 14, 3: in ordinem scriptum fuit v. Hertz vind. G. alt p. 14. De eius modi structura cf. Gell. I, 7, 16 sq. et XVII 2, 11, ubi ex Quadrigario affert: ,in medium relinquemus'; ipse addit Gellius: ,vulgus ,in medio' dicit: nam vitium esse istuc putat'. Ipse accusativum in hac locutione profert VII, 14, 9: in medium relinquo.

,Ex persona' pro ,persona, per personam' post Velleium novantem praebet Gellius X, 22, 1: ,ex persona quidem non gravi neque idonea' et X, 22, 24: ,ex cuius persona haec dicta sunt. Praeterea ,sub p. ponit XIII, 23, 11: ,sub persona militis' et X, 22, 24 s. p. non proba.

,Ablativi instrumenti locum occupavisse videtur praepositio ,per' in his dictionibus:

per quod apparet III, 14, 13. IX, 14, 18, XII, 5, 14. XIII, 23, 14.
per quod dilucet VI, 10, 3.
per quod significat I, 22, 19. III, 16, 14.
per quod ostenditur III, 11, 4. XII, 13, 24.

Rarius ,pugnare in' adhibetur pro ,p. cum, contra'. Primum illius rectionis exemplum est in Cl. Quadrigarii annalibus apud Gell. XVII, 2, 12: ,ut pugnatum esset in Gallos', ubi ipse Gellius ,in Gallos', inquit, mundius subtiliusque est quam ,cum Gallis' aut ,contra Gallos'. Nam pinguiora obsoletioraque sunt'. Itaque non est quod mireris ipsum hac uti structura, ut qui cum veterum tum Quadrigarii imitator ipse iam supra deprehensus sit; sic reperitur: II, 11, 2: III, 7, 6 XVII, 21, 17. IX, 11, 7.

De gradatione.

De hac re postquam doctissimus vir Woelfflinus in libello qui inscribitur Lat. u. roman. Comparation. Erlangen 1879. in universum disputavit, equidem acquiesco in paucis proferendis.

,Plane' quod imprimis in Ciceronis epistulis locum tenet, apud hunc semel repperi, X, 11, 6 pl. contrarius;

‚Valde' apud Gellium nusquam indagavi; v. Wölfflin l. c. 10, qui idem pro ‚valde' apud priscos ‚sane' in usu fuisse dicit. Et reperitur hoc verbum, quod familiari praecipue sermoni addici velim, apud Gellium insolentius usurpatum:

I, 4, 4 crispum s. II, 16, 10 s. argute III, 1. 7 s. doctus VI, 3, 8 s. elegans. 17, 2 obscurus s. VII, 16, 4 frigidus s. X, 4, 1 s. celeber. XII, 2, 14 s. bene XVI, 12, 5 commode s. 12, 6 s. nobilis XVII, 12, 2 lepidus s. XIX, 5, 3 s. fecundus.

Cum negatione coniunctum est: II, 6, 1 haud s. indoctus I, 8, 1 haud s. ignobilis VI, 3, 43 neque s. inaniter VII, 15, 6 haud s. frigidus. IX, 6, 2 non s. indoctus 10, 5. s. non indoctus XI, 4, 3 non s. incommode XII, 5, 3 non s. incundus XIII, 27, 3 non s. par. 29, 2 haud s. indoctus XV, 9, 3 non s. ignobilis XVII, 5, 3 haud s. ignobilis. VII, 14, 4 non s. dignus.

A Ratione destituta esse videtur intentio per ‚longe' effecta III, 1, 4: longe iamdiu; XVII, 19 1: ‚omnium rerum longe salubria', ubi ob additum ‚omnium rerum' cogitatione positivus gradus pro superlativo accipiendus est.

‚Apprime' adiectivis intendendis additum est V, 21, 1 a. doctus IX, 13, 1 a. nobilis XIII, 12, 1. doctus a. XVII, 7, 3 a. doctus XVIII, 5, 10 a sciens.

Mirabiliter II, 23, 19: m. acres et illustres.

impense. Woelfflino l. c. 20 ex Gellio duos locos afferenti adde XIII, 10, 4: i. doctus.

Singularis est gradatio adverbiorum ‚lepide' et ‚liquide' ope effecta, XVIII, 2, 6: sententia lepide obscura, II, 21, 2: caelum liquide serenum.

Ad augendam verbi notionem adhibet ‚per' praepositionem XVIII, 4, 2: per . . exoptatus.

Adverbium ‚admodum' in puro sermone nisi ad certa adiectiva non adnecti solet; quae quidem sunt imprimis quantitatem vel aetatis gradum significantia. Sic Gellius optimos scriptores secutus: III 13, 1 a. adulescens id XV, 28, 5; III, 4, 3 a. senex XIX. 11 1 a. iuvenis; sic: II, 4, 5 parvus a. et exilis XIV, 2, 4 a. exilis praef. 12 multa a. id. XV, 30, 5; III, 11, 4 levis a. III, 17, 1 tenuis a. XIX, 12, 7 nihil a. XIII, 25, 19: ‚inane a. et futtile' transitum quasi aperit ad hunc usum ab optima dicendi consuetudine longius recedentem, ubi cuiusvis notionis adiectivis

additur: I, 22, 10 a. necessarius XVI, 19, 1 celer a. II, 26 9 non a. incoctus IV, 8, 2 peritus a. VI, 3, 35 a. insidiosus VI, 16, 1 lepide a. et scite IX, 1. 8 a. proprie et Latine. X, 17 1 pure a et venuste XIII, 20, 5 placide a. leniterque XIII, 31, 1 non a. difficilis XII, 4, 1 graphice a. sciteque II, 18, 5 a. elegans II, 29, 20 scite a. et venuste IX, 4, 1 a. scitus (id. XVIII, 5, 2) III, 10, 16 a. conquisite I, 17, 1 a. morosus. ‚nimium quantum' additur XV, 1, 1. XVI. 6, 9. n. quanto XVIII, 3, 3. ‚perquam' auget adiectivorum notionem: I, 4, 1 p. honestus atque amoenus. V, 11. 12 p. elegans VII, 9, 1 p. pure et venuste XII, 6, 1 p. lepidus. XII, 13, 17 scite p. atque enucleate XVI, 1, 1 p. libenter 10, 10 p. parvus. 11, 4 p. validus XVII, 7, 5 anguste p. et obscure 8, 7 p. Attice XVIII, 1, 9 p. festive.

‚sane perquam' unus Gellius videtur ausus esse XIX, 13, 5: s. p. exercitus.

Ad comparativum gradum intendendum valent: nimio I 3, 25 n. amplior; impendio XX, 1. 12: i. mollior, quem locum quinque exemplis a Woelfflino l. c. p. 20 ex Gellio congestis addo; parvo XIII 2, 2: haud p. iunior; brevi XIII, 19, 4: non br. antiquior; ‚paulum' pro ‚paulo': XIII, 2, 3: duriora p. et acerbiora; Varro apud Gell. XIII, 17, 3: p. humaniori; longe longeque : XIII, 29, 3: l. l. amplius, prolixius, fusius; multo tanto, XII, 2, 14 m. t. magis IV, 9. 14: m. t. laudatiora; ‚longe', longe secus I, 3, 25. XI, 13, 9. VII, 16, 9. XVII, 13, 4. alius XIII, 30, 1. XVII, 5, 12. alienus XV, 30, 3; in omnibus enim illis verbis latet comparationis quaedam ratio v. Woelfflin l. c. p. 39; minor XIII, 20, 13 l. minus XX, 1, 6. l. amplius XVII, 21, 9. l. prior II, 15, 8. l. diversius VII, 6, 6. l. minus Masurius Sabinus apud Gellium IV, 2, 15.

A ‚prae' praepositione = im Vergleich zu pendet comparativus gradus I, 3, 25: pr. illo fit plenius Woelfflin l. c. 65.

Ad superlativi elationem adhibet: multo III, 11, 6 m. maxime XVII, 19, 5 m. omnium gravissima ac deterrima; praeterea genetivus ‚omnium' valet ad intendendam superlativi notionem; sic: primus omnium VII, 17, 1. IX, 9, 14. XI, 18, 2. XIV, 2, 14. XV, 4, 4. XVII, 21, 42; aliis super-

lativis additur II, 6, 10 o. pessimus deterrimusque III, 3, 7 o. maxime genuinus III, 10, 14 o. maxime κρισίμους. XVII, 5, 4 o. rarissimus XVII, 8, 14 o. maxime frigorificus. XVII, 10, 19 o. quae monstra dicuntur monstruosissimum. XVII, 13, 2 o. eloquentissimus XVII, 19, 5 multo o. gravissima. XX, 1, 24 o. humanissimus. XX, 1, 39 o. maxime atque praecipue.

Tum superlativis rem significantibus adiunctum reperitur ‚omnium rerum' Woelfflin p. 41, ubi exemplis duobus Gellianis adde I, 3, 12 ‚locus omnium rerum aliarum difficillimus' et XIX, 2, 2 ‚voluptas o. r. foedissima.

Formula ‚praeter alios' superlativum contra bonum dicendi usum adsciscit XIX, 8, 3 p. a. castissimus Woelfflin p. 65

Depravatam indicant linguae rationem conturbati inter se comparationis gradus, de qua re Woelfflinus p. 54 sq. luculenter exposuit. Ex Gellio notanda sunt:

I, 4, 1 doctrina utiliore ac delectabili cura. III, 14, 12 obvius proximusque I, 13, 10 maxima et praecipua XX, 1, 39 maxime atque praecipue Woelfflin p. 59; ubi mea quidem sententia lenitur et compensatur aliquo modo graduum diversitas, quod verbo ‚praecipuus' superlativa quaedam ratio et vis inest; XIX, 3, 2: quanto id acerbius facit, tam maximo . . . .

De particulis.

Contra optimorum consuetudinem ‚et' particula additur consulibus: II, 24, 2: C. Fannio et M. Valerio Messalla consulibus X, 6, 4: Fabio Licino et Otacilio Crasso coss. XVII, 21, 40 coss. Appio Claudio et Marco Fulvio Flacco XVII, 21, 42 coss. Claudio Centone et M. Sempronio Tuditano.

‚Et' coniunctio, ubi complura verba sine particula conexiva collocantur, ultimum cum prioribus coniungit his locis:

V, 1, 1 moventur, exagitantur et gestiunt

IX, 11, 7 insilibat, obturbabat et laniabat et arcebat atque revolabat.

X, 22, 24 constanter, fortiter et perite.

II, 1, 2 inconivens, immobilis, isdem in vestigiis et . . . . cogitabundus (ubi particula propter interiectam sententiam excusatur).

XVII, 19, 4 verti, mutari, corrumpi et (sequitur sententia interiecta) urinam fieri.

II, 24. 14. Kalendis, Idibus, Nonis et aliis quibusdam festis.

X, 23, 2 loream, passum, murrinam et quae id genus exstant.

XIV, 1, 29 genere, forma, ingenio, moribus, vita omni et morte.

XIV, 5, 2 Caelius, modius, tertius, Accius, Titius et similia. ,que' coniunctione eodem modo utitur:

VI, 18, 7 parentes, cognati adfinesque. (coniunctio hic minus offendit, quod ,cognati' et ,affines' una eademque latiore propinquorum significatione accipi possunt).

I, 2, 4 explorata, comperta meditataque.

I, 7, 4 quaesita meditata evigilataque.

I, 13, 1 capiendis, censendis iudicandisque.

II, 12, 1 domo, patria fortunisque.

III, 9, 3 domo familia fortunisque.

X, 3, 1 severior, acrior ampliorque.

XII, 4, 3 observandi, tenendi colendique.

XIV, 4, 3 gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem contraque . . . immisericordem.

XV, 22, 8 iussit, interminatus est praecepitque.

I, 13, 7 ferox durus, indomitus inexorabilisque.

II, 24. 11 Kalendis, Idibus, Nonis diebusque.

X, 3, 14 atrociter, graviter, apte copioseque.

XVI, 19, 14 cinctus amictus, ornatus stansque.

III, 9, 3 magnitudine, cervice, colore, iuba omnibusque laudibus.

XII, 4, 1 quo, qua, qua, qua, qua, qua, quanta, quantaque.

Insolenter prisci conectebant verba per iteratam ,atque' particulam v. Catonem apud Gellium VI, 3, 14 et XIII, 25, 14. Quam multiiugam verborum conexionem receperunt antiquarii; ex Gellio affert Draeger II² p. 54: I, 23, 1: venustate at. luce at. munditia VI, 19, 1 pulchrum a. liberale a. magnanimum X, 3, 13 inpense a. acriter a. inflammanter. Quibus locis adde II, 2, 9: in publicis locis a. muneribus a.

actionibus. II, 8, 1 inperfecte a. praepostere a. inscite VI, 3, 52 distincte a. compte a. modulate. XII, 1, 9 proprii a. consueti a. cogniti XVII, 1, 1 integre a. inproprie a. inconsiderate.

‚Que — que', quod et apud poetas et apud recentiores hic illic emergit, a Gellio profertur XVI, 2, 1 indoctique esse disputandique. Draeger II² § 322. 2.

‚que' adverbio ‚sic' additur II, 26, 11 v. Draeger II² § 314, 4. ‚neque' pro ‚ne — quidem positum videtur esse his locis: .III, 10, 4. 16, 15. VI, 9, 7. VII, 16, 8. X, 3, 15.

‚nec — quidem' libri mss. praebent XX, 1, 14: nec consistere quidem; quod neglegens librarius de suo, ut saepius factum est, in libros mss. videtur intulisse, vel ex simplici ‚nec' vel ex sequenti ‚consistere' altera c littera ad ‚ne (c.) quidem' addita; cf. Ribbeck Beitr. zur Lehre von den lat. Part. p. 47 sq. v. etiam Madvig ad Cic. de finib. excurs. III.

Duplicem negationem non positiva ut fieri solet, sed negativa significatione instructam, qui usus priscorum imprimis peculiaris fuit, habes XVII, 21, 35: neque haud longe post, cui loco a Draegero II² § 318. 3 allato addas IV, 1, 5: si nemo id non nimis barbare fecerimus.

‚Sed enim' a poetis saepius usurpatum post Frontonem denuo recipientem Gellius frequentius profert:

praef. 18. I, 6, 5. 7, 18. 11, 8. 15, 2. 19, 6. 21, 4. II, 6, 10. 7, 20. 23, 3. 23, 7. III, 3 14. IV, 18, 11. V, 8, 4. VI, 3, 44. 3, 47. 17, 4. IX, 9, 5. X, 3, 12. XI, 13, 5. 18, 18. XII, 5, 8. XIII, 9, 5. 25, 32. XIV, 2, 10. 3, 7. XV, 2, 4. XVI, 2, 4. 7, 13. 10, 8. XVII, 1, 3. XVIII, 5, 11. XIX, 2, 2. XX, 1, 31.

Coniunctione ‚quoniam' recentiores scriptores secutus Gellius obscurata primaria notione, qua ibi locum habet, ubi causa legenti vel audienti iam nota inducitur, iis locis utitur, ubi ‚quod' vel ‚quia' exspectes. Sic 146 ies ‚quoniam, reperitur, interdum etiam demonstrativis pronominibus adiunctis, velut:

quoniam — propterea II, 7, 18. III, 3, 4.
propterea — quoniam III, 6, 3. XII, 3, 4.
eo — quoniam VI, 13, 3.

ob eam causam — quoniam II. 17, 9.
idcirco — quoniam III, 3, 3. XIV, 1, 26.
quoniam — idcirco praef. 4. VII, 6, 8. XII 5, 8.
ratio, quoniam IX 6, 2.

Temporis ratio, de qua v. Draeger II² § 532, non prorsus negari posse videtur VI, 5, 4: eum luctum quoniam satis visus est eluxisse, rediit.

‚An' Particula, quae apud recentiores aetatis argenteae scriptores in simplici interrogatione indirecta latius fines suos propagavit, apud hunc scriptorem sequitur verba haec:

quaero I, 3, 9. 13, 1, 22, 14. II, 7 l. 7, 1. III, 16, 21, IV, 2, 6. V, 17, 4. 20, 3. XIII, 13, 1. 25, 4. XIV, 2, 15. XV, 13, 2. XVI, 7 l. XIX 8, 15. XX, 1, 15.
quaestio XI, 5, 6. XIX, 8 l.
interrogo I, 26, 1.
percontor I, 26 l. XII, 13 1.
considero praef. 16. I, 3 l. II, 23, 21. V, 19, 6.
experior III, 13, 4. XV, 16, 3.
ignoro IV, 1, 13.
consulo V, 6, 14.
dico, XI, 13, 5. XIV, 1, 2. XX, 1, 8.
ambigo XII, 13, 6.
invenio XIII, 6, 4
scio XV, 6, 4.
video XVI, 6, 7. 6, 15.
respondeo XVIII, 1, 9.
specto XX, 1, 34.
laboro IV, 1, 9.
dubito I, 3, 18. 24, 3 (dubito et requiro XVIII, 7, 2). II, 21, 10. XII, 13, 15. XVII, 2, 5.
dissentio XIV, 2, 17. 8 l. (quaero et dissentio).
cunctor XIX, 1, 9.
certus sum XIX, 13, 2.

In lemmatis, ubi verbum a quo pendeat, non additum est I, 22 l. VI, 7 l. XIII 3 l. 29 l. XIV, 3 l. XV, 3, l. XIX, 8 l.
‚anne' inducit obliquam interrogationem XIX, 13, 4.
In disiunctione collocata reperiuntur:
ne — annon XVI, 2, 5.

utrumne — an XVII 7, 3.
anne — an VII, 14, 9.
an — an VII, 15 l. XIII, 1 l. 1, 2.

De temporibus ac modis.

In enuntiatis ab indefinitis pronominibus incipientibus contra bonum usum coniunctivus modus reperitur: XII, 5, 2: quem in locum cumque iret XVI, 3, 1 quoquo iret. XVII, 20, 8 quas res cumque audierint viderintve. Draeger II² § 486. 3. Verbo ‚quamquam' subiunctus est coniunctivus modus: IV, 1, 2: q. ei nondum etiam satis notus esset. XIII, 25, 11 q. eadem fere sint et ex una sententia cooriantur. XIV, 3, 2 quamquam uterque meminerit. XVII, 2, 21: q. ‚arra' quoque veteres saepe dixerint. Tum coniunctivus adhaeret coniunctioni ‚quando' sensu causali usurpatae. X, 11, 4, q. ea ‚immatura' verius dicantur. XIX, 8, 6; q. Plautus deliciam' quoque dixerit. ‚Cum' causam indicans indicativum regit: X, 15, 4. cum bella consulibus mandabantur.

In orationis obliquae enuntiatis secundariis apud Gellium indicativum modum a puro sermone alienum insolentius poni monet Hertzius vind. G. alt. p. 25, qui idem nonnulla huius usus exempla ad rationem suam contra Madvigium defendendam confirmandamque congerit.

Sic indicativus pro coniunctivo modo reperitur:

in sententiis relativis: III, 3, 1 lectitarunt. III, 8, 5 habuit III, 10, 5 nidulantur IV, 11, 14 fuerat III, 10, 8 sunt III, 10, 3 tangunt ibid: vocatur. III, 18, 4 ceperant I, 12, 5 servierunt — versantur I, 12, 6 lecta est — est. V, 11, 8 diiunguntur V, 13, 2 dediderunt V, 16, 2 queunt. V, 1, 5 est VI, 1, 2 nupta erat VI, 3, 35 voluit (bis) VI, 15, 1 duxerat — produxerat — petierat VI, 17, 3 potest IX, 2, 6 petit IX, 4, 6 agunt — appellantur — dicitur — colunt X, 26, 5 gradiuntur — emetiuntur X, 27, 5 fuerunt incisa XI, 5, 7 movent — pervenerunt creantur — profecta sunt XIV, 1, 2 volunt XV, 22, 8 consuerat — opus est XV, 27, 1 habentur.

in sententiis temporalibus: III, 10, 8; postquam sunt concepti VI, 1, 4 postquam visus est. X, 2, 2 postquam peperit.

in enuntiatis causalibus: XI, 12, 1 quoniam possunt. XIV, 1, 4 quoniam congruit.

in sententiis interrogativis: XIV, 2, 14: super qua re apud eum litigatur XIV, 2, 16 cuius ea dici quaerique interest.

in enuntiatis comparationem exprimentibus: I, 13, 5 prius quam imperatum est I, 13, 8 quam praeceptum est.

‚Sunt, est qui' formula indicativum adiunctum habet praef. 7: sunt qui inscripserunt praef. 8 est qui scripsit. III, 18, 1 non pauci sunt qui opinantur. Contra bonam consuetudinem secutus coniunctivum posuit praef. 8. I, 13, 3. 9, 10. II, 22, 18, III, 11, 6. X, 18, 6. XII, 14, 3.14. 6.

Ab usitata temporum quae dicitur consecutione discrepant exempla haec, in quibus artiorem quae inter singulas intercedat sententias rationem laxari et remitti iudicemus oportet:

I, 26, 6 non meruisse ut vapulet II, 1, 4 fuisse traditum est, ut vixerit. II, 1, 5 dicitur retinuisse ut fuerit III, 13, 5 captus est ut coeperit — reliquerit V, 6, 14 servatum (scil. esse) ut quiverit VI, 18, 10 existimata est ut contempti discerptique sint — adfecerint VI, 18, 11 fuisse ut ceperint — consciverint IX, 1, 2 cur usu veniret ut fiant.

In enuntiatis temporis a coniunctionibus ‚ubi, simulatque, postquam' incipientibus haec ultra fines ab optimis scriptoribus constitutos progrediuntur:

sequitur praesens: V, 14, 21 postquam me videt.
„ futurum tempus II, 29, 7 ubi diluculabit.
„ imperfectum t. XX, 10, 9: postquam gravabantur.
„ plusquamperfectum:

a, ubi factum iteratum significat: I, 9, 5: ubi didicerant. I, 9, 12 simulatque recepti erant II, 28, 2 ubi senserant nuntiatumve erat XV, 2, 3 simulatque modus factus et sermones coeperant XVII, 9, 14 ubi acceperat XVIII, 13, 2 u. conveneramus.

b, ubi semel factum exprimit: III, 4, 1 postquam triumphaverat IV, 10, 5 postquam desponderat V, 2, 4 ubi extulerat IX, 11, 7 ubi saevierat.

Verba promittendi, quae vulgo cum futuri temporis infinitivo componuntur, adiunctum habent praesentis infinitivum: III, 8, 1 promisit necare V, 3, 7: pollicebatur se id docere.

De coordinatione et subordinatione.

Rariorem coordinationem pro subordinatione habes XIII, 21, 4: verte et muta, facies, 21, 5 muta erit 21, 11: pensicula utrumque modulareque, reperies XVII, 8, 8: verbero nonne is curriculo atque oleum petis? Quae forma conditionalis rationis fuit primaria ideoque familiaris praecipue sermonis propria relinquenda est.

Minus stricta annexio sententiarum cernitur in iis enuntiatis, ubi relativum pronomen per demonstrativum excipitur, velut X, 3, 15: quem . . . . delectat, amat (scil. is) autem XIV, 1, 12 sine quibus perfici non quiret, neque eos . . . . cernere possent.

Nec magis artus est nexus sententiae VI, 3, 11, ubi casus attractionem desideras: lubitum nobis est attingere reprehensuri.

Relativi pronominis ad demonstrativi casum attracti exempla reperiuntur haec: I, 3, 21 in eo quo dixi libro. I, 25, 16 ex his quibus dixi vocibus. II, 26, 7. in his coloribus quibus modo dixisti. VI, 16, 3 in libro quo dixi. X, 23, 2 in his quibus dixi libris. XI, 1, 3 eius numeri, cuius piximus. XI, 18, 22 in eo quo nunc dixi. (scil. libro). XIV, 7, 11 in libro quo supra dixi. XVIII, 2, 15 ordine quo dixi. XIX, 1, 21 in eo quo dixi libro.

Jam non praetermitto usum sententias artissime per particulas ‚et atque' conectendi in iis enuntiatis, ubi bona consuetudo coniunctione caret. Ita III, 1, 5; vix ego haec dixeram cunctabundus, atque inibi quisquam inquit 2, 29, 8 haec ubi ille dixit, et discessit XVII, 20, 4 haec verba ubi lecta sunt atque ibi Taurus mihi . . . inquit. Minus cum Krebsio Antib. s. v. vix et Lorenzio ad most 1050 de Graecorum imitatione, quam de familiari neglegenter dicentium usu cogitari velim. Praeterea v. Hand. turs I p. 483.

Tum huic loco insero singularem usum verbi ,ut' II, 29, 4: nidulatur in segetibus id ferme temporis ut appetat messis, quocum nihil habeo quod comparem nisi comicorum ,iam ut', v. Plaut Curc 546, Ter. Hec. 378.

Infinitivus ab adiectivis aptus reperitur:

XVII, 9, 14 facilem legi praestabant.

dignus. VI. 17, 3 d. quaeri tractarique VII, 1, 7 d. quaeri XV, 3, 8 inspici quaerique d. XVII, 8, 16 quaeri d. Sequitur accusativus c. infinitivo VI, 2, 12. His locis a Draegero § 421 prolatis adde: XV, 18, 1 memorari d. XVI, 1 1 digna atque utilia audiri observarique XIX, 7, 2 d. animadverti. Semel adiunctum relativum ,qui' repperi XVII, 14, 1 dignus qui iudicaretur; dignatus X, 18, 4: d. numerari'.

Infinitivus pendet ab ,est' = es ist möglich, man kann; haec structura semel a Livio admissa apud Gellium potissimum in usu est III, 1, 11 VI, 3, 52 VI, 20, 4 VII, 6, 11 VII, 10, 5 X, 9, 2 XI, 2, 2 XI, 6, 3 XII, 9, 1 XIII, 11, 7 XIII, 25, 31 XIII, 30, 1.

,Consequens est' primum quantum video apud Gellium I, 4, 7 infinitivum recipit: c. fuerat sic dicere. ,ut' sequitur VII, 2, 10.

,Sollemne est' cum infinitivo Gellius XV, 2, 3: quae agitare nobis sollemne fuit. Sic apud Suetonium.

Consuetum est. X, 24, 8: consuetum is veteribus fuit uti.

,Necessus est' infinitivum regit XVI, 8, 1: n. fuit adire atque cognoscere. ,Mihi necesse est' cum infinitivo XII, 2, 2: mihi indicium censuramque facere non est.

Insolens est infinitivus verbis ,pudor me tenet' subiunctus XIV, 5, 3, ubi subtilissimus quisque scriptor ,ne' vel ,quominus' addiderit.

,Supersedere' apud argenteae aetatis scriptores cum infinitivo coniungi coeptum apud Gellium exstat: XVI, 8, 5 hoc ego supersedi vertere XVII, 6, 11: plura dicere supersedeo. XIX, 1, 12: quam dicere supersedisset XIX, 8, 10: quoniam rationem reddere supersedit. XIX, 13, 2: supersederim ,nanos' dicere.

,Insuper habeo' infinitivum regit IV, 1, 18: i. habui discere. Accusativus sequitur I. 19, 8.

Raro ‚insuesco' assumit infinitivum; II, 1, 1: id accepimus Socraten facere insuevisse.

Ad antiquorum imitationem refero infinitivum a quiescendi verbo pendentem, v. Plaut. most. 1173. Apud Gellium reperitur II, 28, 2: dei nomen statuere et edicere quiescebant.

‚Dignari' post argenteae aetatis poetas et recentiores scriptores Gellius cum infinitivo coniungit XIX, 13, 3, si tu eo uti dignatus fores.

Raro ‚appetere' habet infinitivum; semel apud hunc IV, 1, 13 discere adpetivi.

‚Gestio' cum infinitivo iunctum reperitur I, 9, 9: incipere gestit XV, 2, 1 viderier gestibat. XVI, 13, 4 quod mutari gestiverint.

‚Rogare' post Catullum 35, 10 Gellius cum infinitivo componit II, 29, 13: quam dare rogati sunt.

‚Indigeo' verbo primus infinitivum dat IV, 1, 6: sed hoc plane indigeo discere.

Permitto. XVI, 19, 12: ut induere permitterent XX, 1, 48 secare atque partiri permiserunt XIX. 9, 9: permittite mihi operire caput. Semel ‚ut' sequitur: V, 19, 12: permittendum esse ut invadant,' ubi infinitivo ‚permittendum esse' meo iudicio debetur ‚ut', ne duo infinitivi simul coniuncti offendant.

‚Persevero' infinitivum habet adscitum XV, 10, 2; mori perseverantium.

Vereor X, 1, 7: Ciceronem iudicare veritum esse.

Instare I, 23, 12: quid mater audire institisset XV, 22, 5: persuadere omnibus institit.

Postulo IV, 1, 4 scire postulabamus. Coniunctivus reperitur adiunctus IV, 1, 10; rem plane dicam postulas.

‚Quaero' poetae et recentiores prosaici scriptores cum infinitivo construunt: Gellius I, 23, 3: quod si rem ipsam scire quaeris XX, 5 13: quaerens uno verbo dicere.

Laboro XII, 1, 8; arefacere et exstinguere laborant.

Nitor III, 11, 1; quibus docere nititur V, 9, 2 clamare nitens. VI, 3, 44 quin . . . servatum ire socios niteretur.

Conitor VI. 3, 2: conixi sunt . . . componere.

Enitor XII, 5, 9: vincere eum atque opprimere enitentis.

‚Fugio' raro in pedestri oratione accipit infinitivum; III, 14, 11: dicere studiose fugit.

‚Vito' X, 21, 2: uti vitaverat.

Tempero. IV, 9, 5: exordiri temperandum est. XVI, 19, 11: ut afferre temperarent.

Gravor XX. 10, 9: proficisci gravabantur.

Occupo X, 16, 11: nisi mori occupasset. Saepius apud Livium cum infinitivo coniungitur cf. Müller I, 14, 4 n.

Ad cotidianum maxime sermonem revocandum esse infinitivum a verbis eundi pendentem pro certo habeo cf. exempla a Draegero II² § 433, 6 congesta, ad quem ex Gellio XVI, 3, 2: ‚cum isset visere et XVI, 19, 5 ‚proficiscitur — visere' afferentem addo III, 7, 12: quorsum ire pergant XII, 5, 2 pergit videre XIV, 2, 11 pergo ire.

Abstractis nominibus cum ‚est' vero compositis adhaeret infinitivus his:

potestas I, 9, 5: verba facere . . . quaerere . . scribere p. erat. II, 24, 11: ut insumere ius potestasque esset.

ius. X, 23 1; quod fuerit ius marito necare. X 23, 4: ius fuisse maritis necare. XI, 1, 3: multam dicere i. non est XIV, 7, 4. i. fuisse facere senatus consultum XIV, 7, 9: quibus diebus habere senatum i. non sit. Accusativus c. infinitivo sequitur XV, 27, 4 respondens praecedenti, qui pendet a verbo ‚oportet'.

mos. I, 23, 4: m. senatoribus fuit introire. III, 4 1 barbam et genas radere m. patrius fuit. IV, 6, 8 immolare m. fuit XVIII, 12 1: morem veteribus fuisse mutare.

otium XIII, 2, 1: o. et studium fuit quaerere.

consilium III, 10, 15: mori c. est. V; 14, 17 c. fuit mortem quaerere tempus praef. 14: tempus voluptasque erit cognoscere.

Insolens accusativi c. inf. forma est ea, qua subiectum cum ‚de' praepositione primo loco positum per pronominis ‚is'

accusativum denuo recipiatur. Quae rectio etsi sine dubio subiectum verbum magis premit quam simplex accusativi c. inf. usus, tamen ex neglegentia quadam videtur esse profecta; Draegero II² § 452, qui Gellii III, 13, 5: ‚de Naevio quoque accepimus . . . . eum scripsisse' profert: adde XVII, 21, 3: ‚de Homero et Hesiodo constitit, aetatem eos egisse.

Nominativus c. inf. adhaeret verbo ‚convincor' XX, 1, 7: qui pecuniam accepisse convictus est. XX, 1, 53: qui falsum testimonium dixisse convictus esset; ‚appareo' VI, 20: 4.

Accusativus pro nominativo c. inf. adiunctus exstat verbis his:

trador. I: 12, 19: hoc fuisse nomen traditum est IX, 4, 8: traditur esse homines. X, 12, 9: quod Archytam commentum esse atque fecisse traditur.

credor. II, 3, 5: quem ipsius Vergili fuisse credebatur. VI, 1, 5: eum virum esse creditum est . . . . . XII, 1 14: creditum est ingenia et proprietates valere XVI, 3, 4 esuritionem posse depelli creditum est.

existimor. I, 15, 1: orationem bene existimatum est in ore nasci VII, 14, 1: tres esse debere causas existimatum est IX, 14, 20. Quadrigarium scripsisse existimandum est.

doceor XIV, 2, 9: quem accepisse pecuniam docebatur.

Alia pauca ex Gellio contulit Draeger II² § 461.

De ‚videlicet, scilicet' videri' accusativum c. inf. regentibus v. eundem § 438, quem iniuria ex Gellio huc revocare puto locum I, 6, 3; ibi enim non a ‚videri', sed ab ‚oportuisse' pendet accusativus c. inf; tum cf. § 443 b.

Ab optimo sermone abhorret accusativus c. inf. coniunctus cum verbis:

postulandi I, 4, 5: debitio verbum servari postulat VI, 3, 47: ignosci postulat. XI, 7, 7; cum causam differri postularet.

concedendi II, 24, 3: ‚centenos aeris insumi concessit'; rara haec structura a Lucretio et Catullo profertur.

petendi. IV, 8, 5: ‚quod hominem avarum . . creari consulem peteret' — sic enim coniectura explevit Hertzius. IX, 2, 1: petit aes sibi dari; Draeger § 441. 6 adde:

desidero XIX, 9, 3 desideravit exhiberi scitissimos.

prohibeo. VII, 8, 3. ‚sororem . . perduci ad sese prohibuit'. Tum VI, 3, 45 ‚quae fieri prohibentur' personaliter construitur; praeterea accus. c. inf. additus reperitur III, 19, 4: quod pecuniam consumi atque impendi arceat et prohibeat; cf. Muellerum ad Livium lib. II. p. 154.

‚Placet', ubi significat ‚man beschliesst cum acc. c. inf. compositum est XIII, 7, 6: placuit libros Aristotelis inspici. Id XIX, 5, 10. ‚Non dubito, non dubium est' XVIII, 5, 6; quod ita scriptum relictumque esse nemo dubitavit. XIX, 1, 14: quas congruere scriptis non dubium est.

Vulgatum est XII, 9, 2: haec vulgatum est ancipitia esse. ‚Similiter' pervulgatum est' accipit acc. c. inf. IV, 1, 10: p. est definitionem omnem consistere.

Jam mireris accusat. c. inf. a ‚solitum est' pendentem, X, 26, 1: quos ‚transfretasse' dici solitum est.

Indecorum est VI, 12, 1: tunicis uti virum . . . . i. fuit.

Usus est XVII, 17, 2: ‚ut quemque appellari usus fuit'; huius verbi haec structura a Gellio novata est.

‚Controversia non est' apud unum quod sciam hunc scriptorem accusativum assumit XII, 7, 3: Id ita esse factum, c. non erat; alii in quibus Cicero ‚quin' adiungere solent. Verbum ‚licet' pro dativo sequitur accusativus c. inf., III, 2. 11 quos nullum diem abesse Roma licet.

Raro ‚liquet' cum accusat. c. inf. componitur; XIV, 1, 11: mirabatur liquere, stellas istas . . . . non esse plures. Non praeterit'; XVII, 13, 7: non me p., dicere aliquem posse. Primus Gellius accusativum c. inf. verbum ‚contingit' sequi voluit, IX, 3, 5: quod eum nasci contigit; unum huius structurae auctorem Draegerus § 443, c. affert Augustinum de civ. d. 8, 26.

Recentiorum propria est locutio ‚in animum inducere = die Ueberzeugung gewinnen' accusativum c. inf. habens; sic XV, 28, 5; nisi quis vult i. a. i., Nepotem suppressisse.

Verbum, facere' notione ‚machen, bewirken' instructum purus et elegans sermo nihil voluit sequi aliud quam ‚ut'; scriptores recentiores nec minus augusteae quam vocant aetatis poetae accusativum c. inf. addere non dubitaverunt; quos sequitur Gellius II, 17. 6: vocem produci facit. XIII, 29, 3: caeco esse iudicio facit. V, 3, 6: esse eum fecit.

Idem eandem structuram comprobat iis locis, ubi optimus quisque accusativum cum participio protulit, quod nos reddimus ‚bildlich darstellen, lassen;' sic reperitur V, 1, 6: non exultare nec strepere nec vociferari facit. IX, 9, 15 pharetra facit eam ferre. X, 22, 2. quem dicere haec facit XVII, 5, 1. eaque dicere facit C. Laelium.

Ad accusativi c. inf. a verbis sentiendi et declarandi pendentis compensationem per ‚quod' coniunctionem, de qua re viri docti diu multumque in diversas partes disputaverunt, nonnulla pertinent ex hoc scriptore collecta; atque equidem requiesco in enumerandis illis verbis aut locutionibus, quibus ‚quod' adhaeret:

convenire I, 26, 7.

animadvertere III, 10, 6. X, 11, 9. XIII, 23, 15. XV, 28 6 (animadversum et scriptum quod); tribus his locis indicativus sequitur.

in memoria est II, 10, 2.

memoriae mandare III, 17 l. indicativus.

memoria est II, 18, 10. exstat m. X, 27, 1; indicativus, memoratum est V, 2, 4.

in memoriam redit XI, 15, 7; indicativus.

traditum est III, 15 l. indicativus.

observare III, 10, 8. XV, 7 l. XVIII, 15, 2; duobus his locis coniunctivus.

huiuscemodi sensus est XIX, 12, 3 ea sunt huiuscemodi XIV, 3, 2.

sumere XIX, 5 l.

addere VI, 7, 5. VII, 15, 4.

historia X, 27, l.

dicere VI, 1, 6.

notare VI, 9 l. XI, 1, 6. XIX, 7, 4; tribus his locis indicativus.

in mentem venit XIII, 30, 6. indicat.

sermones agitantur II, 26, 2.

non praetermittere V, 8, 8. XIII, 23, 19; duo hi loci indicativum habent.

Saepissime lemmata ab eodem scriptore coniunctione ‚quod' inducuntur pro communi accusativo c. inf.

Deinceps sequuntur loci, ubi indicativus positus reperitur: 1, 3. 1, 5. 1, 11. 1, 16. 1, 18. 1, 21. 2, 14. 2, 16. 2, 18. 3, 4. 3, 10. 3, 13. 4, 1. 4, 5. 4, 6. 5, 1. 5, 14. 6, 20. 6, 22. 7, 5. 7, 12. 8, 1. 9, 10. 9, 14. 10, 4. 11, 2. 11, 10. 11, 12. 11, 15. 11, 16. 12, 2. 12, 15. 13, 8. 13, 13. 13, 29. 14, 4. 14, 7. 15, 1. 15, 2. 15, 18. 15, 21. 15, 9. 15, 14. 15, 28. 16, 7. 16, 13. 16, 14. 17, 1. 17, 4. 17, 11. 17, 15. 17, 18. 18, 4. 18, 5. 18, 6. 19, 3. 19, 6. 19, 14.

Coniunctivus modus sequitur: 2, 8. 2, 9. 2, 15. 3, 3. 4, 3. 5, 20. 8, 4. 8, 9. 9, 16, 10, 11. 10, 23. 10, 29. 11, 6. 11, 13. 12, 9. 12, 10. 13, 6. 13, 21. 18, 9. 18, 15.

Interdum ,pati' cum ut componitur, velut hic XI, 13, 5: pateremur ut . . . . perfunderent.

Ex veterum comicorum usu haustum puto ,ut' pendens a locutione 'abs re est', ubi elegans sermo infinitivum vel acc. c. inf. solet subiungere; sic I, 26, 4: non ab re est, ut audias; II, 2, 13 non ab re visum est ut adscriberemus.

,Necesse est' assumit ,ut' II, 29, 9: necessum est hodie uti vos auferam.

Verbo ,velle' aut accusativum c. inf. aut simplicem coniunctivum elegans sermo tribuere solet; antiquis usitatum fuit addere coniunctionem ,ut', quam ne Cicero quidem prorsus improbat; apud Gellium reperitur X, 26, 7 et XIV, 1, 26; simplex coniunctivus adhaeret verbo ,nolo' IV, 1, 9 et XX, 1, 37.

,Cedo' notione verbi ,age' instructum sicut apud priscos ita apud Gellium coniunctivum adsumit XVII, 1, 3: cedo consideremus.

Idem modus additus est verbo ,censeo', imprimis in Ciceronis epistulis; apud Gellium IV, 18, 3 et XVII, 20, 5.

,Ut ne' pro ,ne' reperitur collocatum in enuntiationibus finalibus: V, 12, 8 ut ne obessent placabant IX, 4, 5: ut . . . ne rudis reperiatur. XV, 1. 3 si quid posset remedii fore, ut ne . . arderent. XV, 1, 4. qua medela defenderes ut ne . . . . arderet. XIX, 8, 12: non ut fierem sed ut ne . . . destituerem. praef. 20: ut ea ne attingat; in enuntiatis substantivis: I, 23, 5 placuit, ut eam rem ne quis enuntiaret. I, 23, 13 consultum facit uti . . . . . ne introeant. I, 25, 16: pactum fit ut . . . . ne pugnetur II, 6, 18: decretum est uti . . . . ne quis

nominaret. XI, 9, 1 orasse uti contra ne diceret. XVIII, 4, 8 ut ne sibi invideret orabat II, 24, 13: sanxit ut . . . . ne quo itaret.

,Non' pro ne' reperitur in iis enuntiatis, quae votum et preces continent, velut IV, 18, 3: non simus ingrati XIII, 21, 1 non finitiones illas . . . . spectaveris XVIII, 3, 5 n. sinamus. XX, 1, 5 n. assignemus. Similiter ,nec' ponitur pro 'neve XX, 1, 22 consideres . . . nec contempnas.

De participio, gerundio, gerundivo, supino.

Perfecti participii ablativo pro supino utitur Gellius in verbis ,opus est'; XIV, 2, 16: quae dicto quaesitoque o. est. XV, 22, 8 quod opus est facto; hunc usum imprimis priscis scriptoribus proprium attribuit Kuehner gr. l. II² § 128.

De participiis cum adverbiis modum significantibus coniunctis v. Draegerum II² § 592; ex Gellio praesto mihi sunt I, 3, 30: tanquam amaturus. II, 1, 2: tanquam secessu facto V, 14, 11: tanquam noscitabundus.

Liberior gerundivi structura cognoscitur in intransitivis verbis his:

utor XII, 5, 7. utendi consilii reputatio. XV, 22, 1: utendi regendique exercitus peritus.

potior VI, 1, 8: eius potiundi spes.

inolesco XII, 1, 20: in moribus inolescendis.

Alia pauca congessit Draeger II² § 602.

De genetivo ex gerundii genetivo pendente praeter Draegerum et Kuehnerum disputat Brix ad Plaut capt 849. Ad Draegerum, qui antiquae huius structurae exempla ex Gellio affert duo IV, 15, 1: ,verborum fingendi et novandi studium et V, 10, 5 causarum orandi cupiens', addendi sunt hi loci: XVI, 8, 3 ,sui admonendi quam aliorum, docendi gratia' et VII, 14, 4 dignum imponendi (sic recte scripsit Hertzius praestantissimi libri Vaticani 3452 et aliorum codicum auctoritatem secutus: alii et veteres editiones: imponendae; v. Hertz vind. Gell. alt. p. 58) poenae studium.

Ex verbis genetivum gerundivi regentibus Draegero unum adiungo: XIX, 9, 1: cenam dabat celebrandae lucis annuae.

Plura ad dativi rectionem spectantia profero:

II, 21, 8 arandae colendaeque terrae idoneos.

V, 19, 6 gignundis liberis idoneus.

XVII, 12, 1 ingenio expergificando idoneus.

XIX, 12, 9 pomis frugibusque gignendis felicia.

II, 12, 4 coercendae seditioni impares.

VI, 3, 6 opibus diripiendis possidendisque intenti infensique.

XVIII. 1, 5 necessaria perficiendae vitae beatae.

XX, 1, 23 necessarium propulsandae luxuriae.

XVII, 16 1. venenis digerendis potentem.

XVII, 11, 6 pulmoni fovendo rigandoque utiles recessariosque.

XII, 5, 11 est rationi obtinendae locus.

XIX, 9, 2 docendis iuvenibus magister.

XX, 1. 13 iniuriis aestimandis recuperatores.

XIX, 10, 2 balneis moliendis adhibiti.

XX, 5, 4 disciplinae tempus exercendae dabat.

X, 18, 5 certamen laudibus dicundis facit.

II, 3, 1 inserebant vocibus firmandis.

III, 1, 13 effeminando esse et animo et corpori.

II, 13, 3 quibus gerendis interfuit.

III, 1, 9 se quaerundae pecuniae dare.

V, 11, 7 satis est tuendae sententiae.

V, 12, 10 augendae rei et minuendae valet XVII, 16, 2 digerendis venenis valent; contra cum ,ad' praepositione idem verbum componitur XVIII, 1, 7: ad miseriam conficiendam valere

Vulgarem paene dicendi consuetudinem redolet usus accusativi a supini accusativo pendentis, cui rectioni elegans sermo gerundivum cum ,ad' praepositione coniunctum videtur praetulisse; quamquam illam nonnullae formulae imprimis ad iudicialem sermonem spectantes servaverunt, velut ,manum consertum' apud Ciceronem pr. Mur. 12, 26 ,res repetitum', ,gratias actum', similes. Ex Gellio huc spectant: II, 29, 6 ire cibum quaesitum VI, 3, 44 servatum i. socios X, 6, 2 multitudinem perditum i. X, 19, 3 peccatum exemptum purgatumque i. XII, 1, 2 i. puerum visum XII, 1, 9 i. hominem interfectum XIV, 6, 1 ornatum i. noctes XIV, 6, 5 quas instructum orna-

tumque isti XVI, 5, 9 dominum salutatum venire XVIII, 5, 3 i. auditum Ennianistam VI, 3, 7 socios defensum conservatumque pergere III, 13, 2 currere auditum Callistratum XVI, 11, 6 res petitum proficisci.

Pars III.

De elocutione.

de sermonis brevitate.

Tria sunt, quae huc spectantia apud hunc scriptorem indagare studebam, omissum pronomen demonstrativum, verbum ‚est sit esse', subiectum nomen in accusativi c. inf. enuntiatis.

Ac primum de pronominis demonstrativi ubi relativum sequitur ellipsi dicamus, quam apud hunc scriptorem defendit Hertzius vind. Gell. p. 26 sq. et vind. G. alt p. 56.

Sic genetivus reperitur detractus: VII, 14, 4: iacturam dignitatis (eius) in quem peccatum est. II, 20, 8 neminem fere (eorum) qui locuti sunt III, 1, 13 effeminando esse corpori (eorum) qui locuti sunt III, 2 1 natalem diem (eorum) qui V, 14, 25: quas venabatur feras (earum) membra IX, 12, 16 tam illorum quam (eorum) qui faciunt.

Dativus omissus est I, 12, 19 quae prima capta est (ei) hoc nomen fuisse. II, 23, 5 mihi et (iis) qui aderant IX, 8, 3 quisquis velit (ei) iactura opus esse XIII, 8, 2 qui velit (ei) opus esse IV, 17, 10 simile sit (ei) quod dicitur XX, 1, 13 ut quemque depalmaverat (ei) numerari iubebat.

Accusativus II, 29, 8 misit (eum) qui roget.

Ablativus deest: XVII, 2, 14 pro (eo) quod est. XVII, 21, 18 qui erant, (iis) Socrates posterior fuit VI, 13, 2 minore summa aeris (ea) quod supra dixi' de quo loco v. Hertz vind. G. alt p. 56.

De verbi ‚est, sunt, sit, esse' detractione huic scriptori haud inusitata, quam ipse Gellius V, 8, 7 plerumque cum elegantia sine detrimento sententiae fieri censuit, monet Herzius vind. G. alt p. 24; itaque quamquam levem eam esse rem non ignorabam, ut huius scriptoris propriam nolui praetermittere.

‚Est' detrahitur sic, ubi praecedit:

particip. perf. passivi: I, 21, 2. 23, 13. II, 6, 20. 15, 6. 28, 1. 22, 15. III, 3, 10. 17, 3. IV, 9, 3. 6, 8. V. 19 8. VI, 1, 11. 3, 16. 18, 6. VII, 5, 7. 7, 7. IX. 12, 7. X, 27, 1. 23, 5, 27, 2. XI, 5, 6. XII, 1, 15. 8, 3. XIII, 3, 4. 15, 1. XVI, 11, 2. XVII, 16, 2. XVIII, 9, 2. XIX, 1, 3. 14, 8. in enuntiatis secundariis VII, 7, 2. XV, 2, 3. XVII, 2, 8; ubi praecedit ‚solitus, a, um' I, 9, 11. 16, 9. II, 15, 1. III, 9, 6. IV, 6, 6. V, 6, 9. 6. 12. VII 10 l. XVI, 12, 8.

particip, perf. deponentis: V, 2, 3. XIII, 8, 1. 21, 15. 21, 14. XVII, 15, 3.

gerundium II, 7, 20. V, 16, 5. IX, 6, 3. XVI, 8, 2.

substantivum: II, 23, 14. XVII, 2, 25.

adiectivum: VII, 8, 5. XII, 9, 3. 13, 15. XIV, 1, 10.

‚Erat' semel detrahitur I, 11, 3.

‚Sit' semel IV, 10 l.

‚Sunt' I 11, 2. 19, 10. II, 15 1, IV, 6, 6. 9, 10. VI, 3, 6. X. 15, 1. XII. 8, 3. XIII, 9, 5. XVI, 6, 6. 6, 9. 13, 7. 16, 1, XVII, 21, 27; in enuntiatis secundariis. IV, 1, 23. XIII 3, 4.

‚Esse' detrahitur:

infinitivo perfecti:

lib. I, 1, 1. 1, 2. 3, 1. 4, 5. 4, 7. 5, 1. 13, 4. 17, 5. 19, 9. 21, 2. 22, 18. 23, 8. 25, 14.

II, 3, 5. 3, 6. 6, 5. 8, 8. 12, 4. 14, 3. 16, 4. 20, 4. 21, 6. 21, 8. 22, 9. 22, 24. 24, 5. 24, 9.

III, 1, 9. 2, 3. 3, 2. 3, 13. 8, 5. 9, 7. 10, 8. 11, 3. 12, 2. 15 l. 15, 4. 16, 12. 16, 21. 17, 1. 18, 1. 18, 4. 18, 5. 19, 4.

IV. 1, 17. 1, 21. 3, 3. 4, 3. 5, 7. 11, 4. 11, 10. 13, 2. 14, 5. 14, 6. 18, 6, 18, 9. 20, 9.

V, 2, 2. 3, 1. 3, 5. 4, 3. 6, 13. 6, 14. 8, 6. 14, 15. 14, 20. 14, 29. 17, 5. 19, 6.

VI, 1, 2. 2, 11. 7, 2. 18, 11. 19, 8. 20, 1.

VII, 1, 1. 1, 9. 3, 1. 4, 2. 4, 4. (bis). 5. 4, 6. 4, 6. 11 8, 6. 12, 3. 14. 3.

VIII, 12, 1 (videri).

IX, 3, 5. 8, 4. 9, 7. 14, 8. 16, 4.

X, 2, 1. 2, 2. 3, 2. 5, 2. 6, 2. 8, 2. 11, 8. 12, 8. 15, 17. 23, 1. 23, 3. 26 l. 26, 4. 27, 5.

XI, 1, 1. 1, 2. 2, 3. 9, 1. 12, 3. 15. 2. 18, 17.

XII. 3, 3. 13, 1. 14, 2. 14, 3. 14, 6.

XIII, 1, 6. 3, 5. 10, 3. 12, 1. 12, 9. 14, 7. 17, 2. 21, 10. 23, 13, 25, 6. 27 l.

XIV, 1, 11. 2, 4. 7, 9. 5, 1. 5, 4.

XV, 1, 6. 3, 4. 4, 4. 13, 6. 22, 5.

XVI, 6, 13. 11, 1. 11, 8. 12, 3. 13, 6. 14, 2. 16 l. 17, 1.

XVII, 1, 1. 2, 13. 7, 8. 9, 2. 10, 18. 11, 6. 15, 6. 15, 7. 17 l. 18 l. 18, 1. 21, 15.

XVIII, 5, 11. 9, 5. 9, 9. 10, 4. 12, 9.

XIX, 1, 9. (videri).

XX, 1, 4. 2, 3. 5, 7. 9, 2. 9. 3

solitum, us (scil. esse) I, 11, 9. 11, 6. 11, 11. II. 1, 2. 10, 3. 15, 8. III, 2, 12. 13, 1. 18, 4. IV, 1, 15. 4, 1. V. 1, 1. 6, 13. 6, 27. VI, 4 l. 4, 1. 15, 1. 22, 1. IX, 2, 6. 9, 12. X, 4, 2. 23, 2. XI, 6, 5. XII, 4, 5. 14, 3. XIV, 7, 9. XV, 27, 4. XVII, 10, 2. 19, 2. XX, 1, 37.

gerundium et gerundivum: praef. 18. I, 3, 11. 12, 8. 13, 6. 13, 7. 19, 8. II, 7, 3. 7, 14. 29, 2. 25, 1. IV, 5, 4. 6 l. 15, 5. 16, 5. 16, 9. 17, 9. 1, 20. V, 16, 5. 21, 1. VI, 2, 12. 3, 6. 3, 47. 3, 54. 16, 7. 17, 4. VII, 15, 5. IX, 2, 3. 9, 1. 3, 4. 14, 25. 14, 26. 15, 7. X, 21, 2. 25, 3. XI, 18, 5. 18, 19. XII, 4, 3. 14, 7. XIII, 1, 2. 2, 6. 11, 4. 14, 7. 25, 6. 26, 5. 29, 5. 29, 6. 31, 17. XIV, 1, 23. 2, 9. 4, 5. 1, 19. XV, 2, 8. XIX, 8, 4. 8, 12. XX, 1, 34. 10, 6.

infinitivus futuri I 13, 1. 14, 2. II, 16, 9. 29, 15. III, 3, 1. IV, 3, 2. 15, 3. V, 10, 6. VI, 18, 10. X, 12, 7. 15 l. 27, 4. XII, 5, 15. 12, 4. XIII, 5, 6. 25, 27.XIV, 1 l. 1, 15, 1, 35, 1, 36. 2, 19. 5, 1. 5, 4. XVII, 9, 17. 12, 3. XIX, 1, 3. XX, 1, 13.

adiectivum nomen I, 3, 7. 18, 6. III, 10, 1. 11, 4 IV, 18, 6. VI, 16, 6, XI' 3, 3. XII, 4, 2. XIII, 23, 8. XVI. 18, 4. XVII, 8, 16. idem a ‚videri' pendens: praef. 17. I, 12, 12. 25, 18. II, 7, 10. 7, 12. 15, 3. 23, 13, 23, 22. IV, 15, 1. V, 11, 9. VI, 7, 6. VII, 9, 1. X, 4, 3. 26, 1. XI, 1, 4. XII, 2, 1. XIII, 21, 14. 21, 15. 29, 2. XIV, 2, 18. XVI, 1, 3. 3, 2. 5, 4. 14, 5. XVII, 2, 21. 6, 11. 11, 6. 13, 2. XVIII, 1, 5. XIX, 7, 13. 8, 17. 10, 10. XX, 1, 38.

Accusativi c. inf. subiecti nominis detractionem a Livii temporibus latius propagari coeptam esse docet Draeger II § 454; apud Gellium quoque huiusmodi ellipseos exempla reperiuntur pauca. Sic detrahuntur:

eum IV. 11, 6. 18, 3. X, 11, 5. XVII, 7, 4. 9, 24. XVIII, 5, 6, XIX, 8, 6.

eam XII, 14, 2. XIX, 8, 6.

eos III, 7, 13.

ea XIX, 8, 16.

se I, 14, 1, 19, 2. II, 24, 2. III, 8, 1. IV, 15, 3. 17, 1. V, 4, 2. 10, 6. VI, 18. 3. 18, 10. X, 19, 1. XIII, 5, 4. 5, 6. XIV, 1 l. 1, 1, 1, 35.

‚eum' praecedente relativo vel ‚si quis'; relativum praecedit: I, 9, 3. 11, 11, 11, 13. V, 6, 27. XI, 3, 3. XV, 22, 8. XVII, 12, 3. siquis XII, 5, 6. XVI, 6, 4.

‚eam', ubi relativum praecedit I, 12, 10.

‚eos', relativo praecedente X, 27, 4. XIII, 17 l. XVI, 13, 7. XX, 10, 6.

de abundantia sermonis.

Primum locum teneat abundantia per synonymorum copulationem effecta. Huc spectant ex substantivorum genere; mentes animique I, 11. 8; II, 29, 1; singularis numerus exstat II, 1, 2. XI, 18, 23. XIII, 28, 4. XV, 2, 7. pectus atque cor I, 15, 1. eadem verba coniungit Plautus; mentio aut memoria II, 6, 17. strepitus sonitusque XVII, 10, 12. ‚gaudium atque laetitia' VI, 3, 12. voces verbaque II, 9, 5. verba vocesque II, 26, 3. signa atque indicia XII, 5, 9. s. et. i. XIV, 2, 17. sidera stellaeque XIV, 1, 7; os et vultus I, 2, 5; id I, 9, 2. os et oculi vultusque XIV, 4, 1. os atque oculi II, 1, 2. IX, 11, 7. os et oculi XIII, 30, 2. situs atque senium II, 24, 11. XX, 1, 10. vita victusque XV, 2, 6. vita atque v. VI, 11, 4. XI, 14, 1. nitores splendoresque II, 6, 4. custodia atque vigilia I, 15, 3. familia pecuniaque I, 14 l. XVI, 10, 11. II, 24, 11, res pecuniaque familiaris XVI, 10, 11. res (plur.) et familia XIX, 1, 7. manus mancipiumque IV, 3, 3. id XVIII, 6, 9 (bis).

Ex substantivis nominibus cum praepositione eadem compositis haec reperiuntur copulata:

consilia cogitationesque XIII, 28, 4. cogitationes commentationesque X, 17, 1. conlatio contentioque X, 3 1. concentus conspiratusque I, 11, 8. constantia confidentiaque I, 19, 8. ,per coitum et copulam conectere I, 25, 16. aditus accessusque XVI, 5, 3. dissensio atque diversitas XIII, 7, 6. discrimina ac differentiae I, 3, 29. ignoratio et inscitia XV, 5, 1. impulsus et instinctus I, 11, 14. ignavia inbelliaque V, 5, 5 transitus transmissusque X, 26, 1. Vel in hac copulatione: ,aut serva aut servilis' XII, 1, 17, synonymorum deprehenditur abundantia.

Ex adiectivorum genere notanda sunt: modicus et modestus V, 11, 13. benivolus benignusque VI, 3, 20. bene ac benivole I, 14, 1. res mirifica atque admiranda V, 14, 16. levatiora levioraque XVII, 8, 15 moderatiores modulatioresque I, 11, 1. exul extorrisque II, 12, 1, unus et unicus XVIII, 4. 2 (id. apud Apul. met 4, 31), in promptu et propatulo XVIII, 10, 8 prave et perperam IV, 9, 5, parva minutaque XI, 3, 1. XIII, 29 6. truncus atque mutilus XVII, 9, 12. inimicus atque hostilis IV, 5, 2. amicus amatusque XVI, 19, 4 parvus exiguusque XII, 13, 8. sensim paulatimque XVII, 11, 6. sensim atque p, XII, 1, 22. rapidus et velox XVII, 16. 4. licentius liberiusque XIX, 11, 3. Sequuntur adiectiva cum eadem praepositione composita, quae abundantiam quandam efficiunt:

profestus et profanus praef 20 prolixe profuseque V, 1, 2. cognitus et compertus XIV, 2, 14. cognitus compertusque VI, 8, 2. consuetus atque cognitus XII, 1, 9. cognatus coniunctusque II, 4, 6. coactus atque conexus VII, 2, 7. continens et quasi conexus X, 10, 2. coniunctus continuatusque V, 16, 4. coniunctus complexusque XII, 8, 6. compositus copulatusque XVII, 13, 10. concretus et coalitus XII, 1, 11. condigne et condecore XIV, 4, 1. conlectus et consertus XI, 13, 9. consensa et concessa XV, 26, 2. exilis et exanguis XIII, 21, 5. dehonestus deculpatusque XIX, 10, 10. diversa ac dissimilia XVIII, 4, 5. obscura obliterataque XVI, 13, 9 obnoxius et obiectus IV. 15, 5. proculcata et protrita XVIII, 4, 6. exputatum excoctumque VII, 5, 9. :ntenti infensique VI, 3, 6. insignes illustresque XI, 4, 1. indefinitus inexplicabilisque XVI, 2, 3. ineptus et insubidus XII, 2, 11. ineptus inanisque XII, 2, 1. iners i-

nanisque X, 22, 2. ibid. inhonesta indignaque XVII, 1, 1. parum integre atque improprie atque inconsiderate XIX, 1, 5. interritus intrepidusque XIX, 3, 2. inimicus et iniquus I, 2, 4 intempestive atque insubide XV, 31, 4. integer et incolumis id VI, 18, 7. XVII, 9, 14. integer et incorruptus XIII, 25, 4. inanis et inlepidus XII, 13, 19. non inargute nec incallide XVII, 10, 3. ineffigiatus informisque XIX, 8, 12. indocte et inscite VI, 18, 11. intestabilis invisusque II, 19, 2. inopinatus insperatusque XIII, 28, 4. inparatus inprotectusque.

Similem cumulationem praestant haec adiectiva coniuncta: suus atque proprius II, 20, 7. oppositus et contrarius II, 22, 12. avarus et avidus XII, 2, 13. priores potioresque II, 15, 1. id V, 13, 1. mitis et mansues V, 14, 21. lente et leniter I, 26, 8.

Ex verbis cumulationem conficientibus commemoro: videre atque animadvertere XII, 9, 1. parere atque oboedire XII, 5, 8. petere orareque XVI, 13, 5 id XVII, 10, 7 non toleramus neque ferimus XVII, 19, 5. sparsi dispalatique I, 11, 4 elusit et eluit VI, 3, 49 seiungere atque dividere I, 2, 7 dividere separareque XVII, 7, 8 indutus et amictus I, 5, 2 sitae locataeque sunt XIII, 9, 6. nominare appellareque II, 6, 16 appellata dictaque XIII, 11, 7 fugit latetque IX, 16 l. XIII, 29, 6 ambigi ac dubitari XIV, 2, 16 laxari remittique I, 3, 27 ferocientem saevientemque I, 11, 15. laxandi levandique XIV, 5, 1 abiunctus alienatusque XII, 5, 8.

Ex verbis compositis huc spectantibus digna sunt quae commemorentur:

coniungere et conectere X, 29, 1 conferre et componere II, 23, 3. comparo et contendo II, 23, 22 conligi concludique XVI, 2, 7 conveniebat constabatque V, 13, 2 contendere et conficere VI, 3 39 vel conquisitus vel confectus VII, 17, 3 cohibebat coercebatque XII, 5, 3 congredientes compugnantesque XII, 5, 3 confabricatus commolitusque III, 19, 3 congrediuntur et consistunt et conserebantur IX, 11, 6 comploret commisereaturque VI, 5, 6 deduci delabique XVII, 11, 2 defendere depellereque XVII, 11, 6 descriptum definitumque XII, 4, 1 dempta atque detracta V, 12, 8 discernendi disceptandique I,

3, 29. disserit ac dividit III, 14, 4. distinctae divisaeque XII, 5, 7 deterrere ac depellere XIV, 1, 35 diductis atque distentis XV, 15, 3 discidit divellitque XV, 16, 3 induit inolevitque XII, 5, 7 induci atque imbui XVI, 8, 1 impendere imminereque XIX, 1, 3 innexos implicatosque XIX, 12, 4 inroboravit inveteravitque I, 22, 1 inrisit inlusitque XVIII, 4, 1 pergere ac pervenire X, 10, 2 opprimit obteritque XII, 5, 8 obliterata et operta XX, 1, 23 produci atque protendi II, 17, 1 praemonita et praecepta XIV, 2, 3 ib. praemuniri praepararique; praeisse ac praeministrasse I, 11, 10 redhibitus receptusque XVII, 6, 2 superfluere et supervacare I, 22, 3.

Proximum locum obtineant vocabula eiusdem generis adverbia et particulae potissimum coniuncta; de eiusmodi locutionibus nondum certo videtur constare inter viros doctos; velut Reisigius § 458 abundantiam inesse negare non dubitavit.

Verborum ‚etiam quoque' abundantiam inesse Brix ad Men. 1160 negat; equidem quamquam a verbo ‚quoque' comparativam vel addendi, ab ‚etiam' intendendi notionem minime abiudicatam velim, tamen pleonasmum quendam haerere puto. Apud Gellium exstat XVIII, 12, 9.

De verbo ‚et' cum ‚quoque' coniuncto supra actum est.

‚Tum postea', post comicos resuscitat hic IX, 9, 15. XIV. 3, 10. XV, 3, 3. XIX, 1, 3; idem XVII, 21, 19 ‚iam deinde' unus videtur admisisse; saepius ‚tum deinde' II, 8, 3. VI, 3, 47. XII. 13, 6. XIII, 24, 1. XIX, 10, 13. ‚post deinde' I, 3, 28. III, 9, 5 (d. p.) VI, 3, 34. XI, 7, 4. XII, 5, 3. XV, 12, 3. XVII, 21, 12. XVII, 21, 30. XX, 1, 44 ‚tum porro' XIV, 7, 9; simili verborum cumulatione Plautus Trin. 945 dicit ‚deinde porro'.

‚Tum ibi' (de ‚verbi ‚ibi' temporali significatione v. supra) Gellio gratissima fuit abundantia; reperitur I, 2, 2 (i. tunc) X, 3, 7. IX, 15, 2. (i. tunc) XX, 8, 3. XVI, 19, 10. XVIII, 5, 2 (i. tunc) XIX, 12, 9. II, 22, 2. III, 10, 17. XIV, 2, 9. XV, 9, 3 (si ‚ibi' non ad ‚assistens referendum est). De eodem comicorum usu v. Holtze synt. pr. I, 108.

De verborum ‚neque non quoque, neque n. etiam' cf. Draeger II § 318; quorum illud apud hunc profertur XIII, 11, 6. XIII, 25, 18. XVI, 7, 4. XVII, 10, 17, hoc III, 10, 15.

‚Et autem', de quo v. Draeger II § 335, 14, reperitur I, 3, 8: et hic autem Chilo. X, 24, 7 et historiam autem (sequitur alterum et) XII, 1, 21: et praeter haec autem.

Frequentior ac ne a probatissimo quidem quoque autore evitata verborum abundatia est ea, qua coniunctiones vel adverbia excipiuntur iu primaria sententia per adverbia vel particulas. Huc pertinent: quia — eo praef 5. quoniam — idcirco v. supra, ubi actum est de particulis; dum — interea XVII, 8, 17, tum — interea III, 7, 7; minus tolerandum reperitur III, 16, 12: praeterea — praeterquam. Nec minus ad cumulatum dicendi genus revocandum est, quod dicit: alius quoque II, 22, 8 et II, 2, 8, ubi alterum verbum supervacaneum est; prorsus deinde ratione caret VII, 8, 3: eandem eiusdem sororem, quippe ubi non alius neque huius Darei sororis mentio facta sit.

Ex adiectivis praesto sunt: proximus superior XV, 7, 3. et XVII, 2, 2 solus unus II, 22, 26 tolus integer XII, 1, 5 univorsi omnes XIX, 12 1 plerique omnes'; de huius formulae natura luculenter exponit Woelfflin Lat. und rom. Comp. p. 41; apud Gellium exstat; I, 7, 4. XIV, 3, 1. IV, 17, 14. I, 21, 1, XV, 7, 1. I, 3, 2; singularis numerus X, 24, 4: pleraque omnis vetustas. Tum ex duarum locutionum confusione conflavit hic VII, 17, 3: ‚opera consulta', in qua ubertatem abundantiamque inesse haud scio an nemo negaturus sit.

Certissime cognoscitur cumulatio familiaris sermonis peculiaris in locutionibus his:

ibi adesse I, 7, 4. IX, 15, 5. XIII, 31, 6 contra opponere XIV, 3, 3 procul propellere II, 22, 24; in conspectu longinquo procul I, 11, 9 seorsum dividere X, 20, 5 et XX, 5, 6. ‚saepenumero', quod ne optimi quidem improbant II, 30, 1, IV, 12, 3. XII, 1, 19. XII, 8, 1. XVII. 4, 1. XVII, 16, 4; saepius numero III, 16, 1 tot numero XIV. 3, 2 admodum numero XX. 1, 54; alia est ratio verbi ‚numero' cardinalibus numeris adiuncti; ibi enim non pleonasmum efficit, sed significat = im Ganzen, velut est XVIII, 2, 7.

Praetera olet pleonasmum verbum ‚postfuturus' XIV, 1, 6. XVII, 7, 8, cuius auctores exstiterunt pauci.

Nec minus abundantiae plena sunt haec, ubi exprimit tempora: statim tempore praef. 18. I, 12, 9 cf. Hertz vind. G. alt p. 26; I, 25, 15 ex eo die postea III, 16, 12 marito mortuo postea XVIII, 10, 4 tum in eo sermone; sic numerum per abundantiam; VII, 17 3 ,ad milia ferme'; sic modum praef. 10 prope subrustice; sic denique locum: III, 15 3 ibidem in stadio XII, 8, 6 ibidem in campo XV, 31, 2 tum ibi in obsidione II, 26, 2 ibi apud Frontonem IV, 1, 1 ibi in circulo XIX, 7, 1 eo ad sese. De hac verborum cumulatione v. Brix ad Mil. gl. 108 et Spengel ad Andr. 70.

Notandum porro est abundantiae id genus, quod attributi nomine apellavit Köhler in Actis sem. Erl. I, p. 446; quo pertinent loci Gelliani: II, 7, 18 in eiusmodi omnium rerum generibus, VII, 4, 2 novis exemplorum modis IX, 4, 6 eius victus alimento.

Praeterea huc spectant ii loci, ubi pronomini cuidam aliud pronomen adiungitur, qui usus praecipue in negativis sententiis locum habet. Sic coniunxit:

nemo quisquam II, 6, 9. IX, 10, 4. nihil quidquam I, 3, 3. IX, 9, 12. XI, 5, 7. XII, 5, 7, XIII, 3, 2. XIV, 2, 2. XVII, 2, 24. XVII, 9, 13. XIX 9, 10.

nemo unus XVIII, 5, 6.

ullus aliquis XIII, 25, 4.

nullus ullus I, 2, 4. VI, 6, 2.

id illud I, 3, 3.

quod utrum XVII, 6, 11.

Jam transeamus ad id abundantiae genus, quod conficitur nomine substantivo aut iterato aut per pronomen demonstrativum recepto. Ac primum videamus de iis locis, qui relativo pronomini idem substantivum praebent adiunctum, ad quod relativum referendum est; v. Rebling Versuch einer Characteristik d. röm. Umgangssprache p. 16. Sic reperitur.

I, 7, 13 modo . qui modus II, 23, 14 de illo loco . . . cuius loci III, 2, 2 uter dies . . isne . . . an qui dies. III, 2, 3 dies . . a quo die. III, 16, 6 in libro . . . quo in libro; V, 18, 1 rerum, quibus rebus gerendis III, 18, 4 curru — in quo curru II, 24, 12 Aemiliam legem, qua lege II, 24, 15 edic-

tum — quo edicto V, 18, 7 libro — ex quo libro XIII. 10, 2 libri — quorum librorum. XI, 13, 9 verba — in quibus verbis XIV, 7, 9 gradu. Ex quo gradu XV, 8, 1 orationem — qua oratione XVI, 13, 6 muneris — a quo munere XX, 1, 6 verba atque mores — quibus verbis moribusque.

Deinde enumeremus eos locos, ubi duabus sententiis simpliciter per ‚et que' conexis alterius substantivum quoddam nomen in altera denuo una cum pronomine demonstrativo coniunctum ponitur, quod fusius dicendi genus proxime ad cotidiani sermonis loquacitatem accedit. Huc refero:

II, 2, 1. venerat praeses .. et eiusdem praesidis pater II, 24, 6. diebus eosque ipsos dies III, 10, 14. in diebus — eosque dies. III, 16, 12. id ipsum decretum ... In eo decreto V, 6, 14. qui locum non retinuissent eoque loco .. potiti essent (ubi animadverte molestiam et inelegantem sententiarum conexum ‚eoque loco') VI, 19, 7. decretum — Eius decreti VII, 9, 1, res eaque res I, 25, 16. ante eum diem — atque is dies XI, 16, 2 liber et eius libri XIV, 1, 13 quibusdam terris conspiciuntur earumque terrarum X, 12, 7 aves quasdam — et earum avium XVI, 17, 1 agrum — et eiusdem agri XVII, 6, 10, pecuniam — Eam pecuniam XVII, 9, 17 tabulas — easque tabulas. XVII, 12, 1. materias — in eas materias XVII, 12, 4. versus — Eo versu XVIII, 6, 3 librum — Ei libro. X, 9, 3. ab ipsis rebus — earumque rerum.

Aliud abundantiae genus efficitur in eodem enuntiato ubi substantivum post interiectam sententiam quandam excipitur aut per pronomen ipsi ei vel similis notionis verbo additum aut per simplex pronomen. Atque iteratur verbum ipsum cum pronomine: XVII, 19, 3 hominem — istiusmodi hominem XVII, 20, 2 verba illa — ea verba XIV, 1, 4 negotium — id n; per aliud nomen excipitur: II, 12, 1 si ob discordiam dissensionemque — et ob eam causam VII, 10, 2 qui civis esset — ut ei homini II, 15, 7: super iis — de ea aetate; per solum pronomen recipitur: II, 16, 4 Aenea — natum ei XIII, 5, 5: vinum non esse id. XV, 10, 2 ut virgines ut hae III, 9, 3 ut quisquis — ut is VI, 2, 10 Hannibal — is XIII, 31, 3 musicam — eam XIII, 31, 9 pueri — non hi. Plus habet offensionis, ubi obliquus substantivi nominis casus per

pronomen excipitur: III, 10, 5. dies illos — eos II, 3, 1. h literam — inserebant eam IV, 17, 11 Sulpicium — sic eum legere. XVII, 20, 2 verba illa — ea verba.

Praeterea abundantiae studio attribuendum esse puto, quod hic scriptor nomina propria, quae modo commemoravit, non aut per pronomen aut per ipsum solum nomen reddere solet, sed utrumque ponit. Sic scribit I, 3, 8: hic Chilo; antea I, 3, 1 eum Chilonem; I, 4, 2 Is Julianus I, 13, 9 Is Crassus. II, 13, 2 Is Asellio II, 18, 1 Is Phaedon. III, 9, 4 eum Cassium. III, 13, 1 is Demosthenes ibid. Is Callistratus III, 15, 3 Is Diagoras IV, 3, 2. Is Carvilius IV, 8, 2 is Rufinus; praeterea V, 3, 7. VI, 5, 2. IX, 3, 1. IX, 13, 2 IX, 18, 1 XI, 18, 5. XIII, 20, 14. XVI, 19, 4. XVII, 14, 3.

Sententiae deinde abundantiam cognoscas in locutionibus his: XVI, 19, 10. ut haberent dedisse XV, 22, 8. iussit tacere, ne cui palam diceret interminatus est. I, 13, 11 uter maior esset. XVII, 21, 31 ‚id quod fugerat' pro simplici ‚id'; singulare cumulationis exemplum exstat praef. 4: eas inscripsimus noctium esse Atticarum.

Tum relinquitur ut paucis dicamus de sententiae cumulatione per faciendi verbum confecta. Quo in numero sunt: II, 29, 7 fac amicos eas et roges III, 7, 6 faciundum est ut ire iubeas IV, 1, 16. faciam te ut aequiore animo sis XIV, 2 11 faceret me ut essem prudentior XVIII, 10, 7 fac ut experiamur XIX, 13, 2 fac me ut sim certus (ubi positivum gradum velim animadvertas; optimus enim sermo solum comparativum admittit; priores, in quibus praecipue comici, inter positivum et comparativum gradum variant), Lorenz ad Pseud. 16.

Agmen claudant ‚suus sibi' et ‚omnino omnes', quorum illud apud Gellium reperitur V, 10, 16. XII, 1 l. XVI, 19, 12. XIX, 12, 9. hoc IX, 9, 1. XI, 5, 7. XVII, 20, 9. XIX, 12, 5. XX, 1, 31.

C. de figura etymologica.

De figurae etymologicae apud scriptores latinos usu quamquam Landgraf in actis sem. phil. Erlang II p. 1 sq. seorsum quaestionem instituit subtilissimam, hoc tamen loco denuo quae Gellius protulit ea omnia recensere volui praesertim cum pauca

reperiantur, quae addenda esse videbantur. Atque si quaeritur de illius figurae vera ac genuina ratione et vi, statuendum est sicut omnino alliterationis genus ita illam initio valuisse ad augendam et intendendam simplicis verbi notionem, tum primario colore magis magisque amisso frequenti cotidiani sermonis usu deteri coeptam denique ad eum dignitatis gradum esse progressam, ut nisi ubi attributiva quaedam definitio adiectivi vel pronominis vel adverbii adderetur, nihil fere a simplicis verbi significatione differet. Sic apud Gellium raro sunt exempla, ubi attributum deest; II, 19, 4. consulto consilio IX, 11, 10. statuam statuendam (ubi quidem verbalis accusativi vis minus sentitur ea re, quod vox ‚statua' in propriam notionem ‚Standbild' cessit); I, 1 l. vitam vivere. Attributum additum est accusativo:

vitam vivere caelibem V, 11, 2. v. v. tranquillisimam XVII, 19, 6.

vigilias vigilare praef. 19: nullas v. v.

statuam statuere IV, 5, 4. eam st. st.

consilium consulere I, 13, 4. bene consulta consilia.

pugnam pugnare III, 8, 1 unam atque alteram p. p. X, 3, 19. aliquot p. adversas p.; passive: XV, 18, 2. p. acerrimam pugnari XV, 18, 3 pugnae dies quae pugnata est.

XVI, 19, 12. indumenta induere sua sibi omnia.

gaudium gaudere IX, 9, 15 g. g. genuinum et intimum et vigens.

facinora facere V, 12, 4 ‚f. f. fortia', ubi nota alliterationem.

lusum ludere: XVIII, 13, 4 l. lus-eramus eum.

victoriam vincere XV, 18 l. v. quam vicit.

peccata peccare X, 19 l. p. quae peccaverant.

errores errare X, 16 l. quos e. erratos

iusiurandum iurare V, 19, 6 i. quod iuraretur; IV, 3, 2 i. quod iurare coactus erat.

triumphum triumphare II, 11, 4 tr. tr. novem.

canere carmen XVI, 19, 12. c. c. consolabile XVI, 19, 14. c. quod orthium dicitur cantavit.

Accusativus pendet a verbo eiusdem stirpis cum praepositione composito:

XIV, 6, 3 quo genere claustri incluserit
VI, 5, 4. eum luctum elugere.
X, 18, 1 certamine quod decertatum est
Ablativus figurae etymologicae reperitur:
V, 14, 24 eodem victu vivere XI, 7, 3 inopi miseroque v. v.
II, 20, 7 suo atque proprio nomine nominare.
XVIII. 6 l. differre differentia longe vanissima.
II, 1, 2 stare pertinaci statu II, 22, 4 st. perpetuo st.
XI, 3, 1 vespertina ambulatione ambulare.
XIII, 15. 1 edicto quo edicunt.
Ablativus sequitur verba composita:
II, 22, 8 alio nomine cognominare.
XX, 1, 22 uno statu consistere.

Tum cernitur etymologica figura in iis verbis cum ‚in' privativo compositis quae cum suae stirpis substantivis nominibus coniunguntur:
VI, 22, 4 immodicus modus
XIV, 1, 18 numerus innumerabilis.
I, 22, 12 ‚indictum dicere', quod cum verbo componitur.
Praeterea figura etymologica cognoscitur in:
XIV, 1, 23 eventa quae evenirent.

Jam venia sit mihi pauca de annominationis figura huic loco inserenti, veluti:

IX, 15, 9 male ac misere; similiter X, 6, 2 male . . . miseram XV, 16. 1 miserandum et mirandum XVI, 9, 2 dicere ea properamus, non discere II, 23, 22 sequi debuisse, quod assequi IX, 11, 5 circumspiciens despiciensque II, 28, 2 castissimi cautissimique I, 3, 29 cum discernendi magis . . . quam cum decernendi II, 9, 5 non modo non sectatur, sed etiam insectatur VI, 3, 21 consiliis conciliant VI, 3, 24 professio — non confessio XVII, 5, 13, per circumstantiam, non per constantiam.

D. de aliquot locutionibus.

‚Nullus' non simpliciter locum adverbii ‚non' obtinet, sed valet ad significandam negationem auctam et pressam v. Reisig § 225, 2 not. Haasii 395, Kühner II, § 119, Naegels-

bach Stilist. § 82 p. 262[7], Brix ad Trin 606, alios. Sic Gellius II, 29, 10 amici nulli erant II, 29, 12 adfines nullos ferme tam esse obsequibiles. III, 7, 8 alia salutis via nulla est.

Se subducere, se penetrare. De similibus locutionibus reflexive usurpatis cf. Rebling l. c. p. 17 et Lorenz ad Pseud. 535; illud III, 7, 17 se subducit, hoc V, 14, 18 in eam me penetro XIII, 10, 1 in grammaticam sese penetraverat.

Verbo ‚aio' raro ‚nego' quamquam ex eadem stirpe (ne ago) profectum oppositum reperio, apud Naevium, Plantum, Terentium; Gellius denuo profert: XVI, 2, 1 aut aias aut neges XVI, 2, 5 sive aias seu neges XVI, 2, 9 ut aias aut neges.

‚Indicium facere' apud Plautum sese offert notione Anzeige machen indutum, apud hunc significat ein Merkmal abgeben X, 23, 1. X, 18. 3. XIV, 2 17. XVII, 10, 4.

Ex poetarum dictione sumptae videntur locutiones ‚lux annua = dies natalis XIX, 9, 1. et ‚prima fax' III, 2, 11 pr. f. noctis XVIII, 1, 16 id. apud Apuleium.

‚fors sit' cum ‚ut' construitur, I, 3. 2; apud eundem XII, 8, 2 fors fuit ut; antea Terentius.

Unus Gellius haud scio an admiserit structuram ‚inibi est ut' IV, 20, 8.

Ex familiari sermone fluxit ‚satis agere' III, 8, 1, IX, 11, 4. XIX, 1. 3. frustra esse V, 1, 1, prae manu esse V, 13, 3, XIX, 8, 6. uti res nata est III. 7, 4 res nata XIII, 13, 2 v. Blätter für das bairische Gymnasialwesen 1880 p. 328; cum animo consultare (pro secum c.) I, 3, 5 id. Cato apud Gellium XVI, 1, 4: cogitate cum animis vestris cf. Hand II p. 150. Primus Gellius protulit ‚cordi habere.' praef. 12 h. c. et memoriae II, 29. 20 c. h. XVII, 19, 6. XVIII, 7, 3.

Post Sallustium et Livium Gellius praebet ‚bellum sumere' XVII, 21, 37. et XVII' 21, 46.

Mira et singularis est structura ‚ridere ad illudendum' XVII, 3, 2. nec non ‚ore tenus imprudens XVII. 8, 5, quod ex confabulantium sermone sumptum esse existimo. v. Hertz vind. Gell. alt. p. 76.

Pro ‚manibus capere'. Gellius dicit ‚in manus c'. praef. 2, similiter Justinus ‚in manus accipere'.

‚Omnes cum uno' III, 7, 16, si non ipsius Catonis sunt verba; namque Gellius XVI, 11, 8. communem usum secutus scripsit ‚ad unum omnes'.

'Animus compavescit' I, 23 , 9, ubi ‚animo c. exspectes eoque magis quod apud Macrobium eandem fabulam sat I, 6, 22 enarrantem reperitur animo'; sed cum Hertzio illud servatum velim, quod V, 14, 20 similiter scripsit: territum sibi et pavefactum animum dixit.

Priscorum si non ipsius Plauti imitationem prae se ferunt locutiones: aliquem vita interficere XII, 7, 2 id. Plaut Truc. II, 6, 37 et: intervertere aliquem re: XI, 18, 13 praeterea sistere = reddere XVIII, 10, 7: sistas hunc nobis sanum atque validum.

Vice ablativi absoluti sicut raro in prisco sermone ita apud Gellium semel fungitur XVIII, 10, 7 praepositio ‚cum': cum diis volentibus. Draeger II, § 579.

‚Causam facere' pro ‚causam esse' unum legi apud hunc; II, 17, 6; gemitus facere', quod saepius reperitur pro ‚g. dare', apud eundem exstat I, 26, 7 et XII, 5, 11.

Ex poetarum lectione videntur esse profecta: se perferre pro ‚se conferre' ‚XII, 1, 13 id. Vergil. Aen I, 389 et ‚gladio se transigere' XVII, 16, 5, quod argenteae aetatis prosaici scriptores complures receperunt; nec non poetarum imitationi debetur: navem advertere XVI, 6, 1 pro; n. appellere.'

‚Frugi bonae' ex cotidiano sermone assumptum videtur; apud Gellium est: II, 23, 17: servus b. fr; apud eundem VI, 11, 2: libri mss. habent: ‚frugis bonae', quam primariam huius locutionis tanquam genetivi formam esse puto, quamquam dativum a Kuehnero II, § 77, 4 et Corssenio Aussp. I, p. 729 nitelligi scio, cf. Charisium in grammat. lat. I, 15. Itaque cum haec locutio a substantivis nominibus pendeat, in ‚frugi bonae' quoque genitivum statuo, qui s literam amisit, quae res in lingua latina prisco tempore minime rara fuit, v. Buecheler Grundriss d. lat. Decl. p. 59 sq. § 148 u. 149. Neque minus vulgaris usus est: ad bonam frugem ducere XIII, 28, 2, cuius similia exempla exstant apud veteres complura.

,Infitias ire' ab optimis repudiatum a recentioribus demum magis comprobatum est'; comicos sequitur Gellius XVI, 19, 22, cum absolute ponit; secundum Livium et recentiores idem accusativum c. inf. adiungit X, 19, 1 et XII, 2, 1; cum Frontino de aquis u. R. II, 72 ,quin' addit II, 26, 7. VI, 7. 8. XIX, 8, 5.

Primus videtur ille verbo ,aequiperare' = gleichstellen praepositionem ,cum' subiunxisse III, 7 1: Caedici virtutem cum Leonida aequiperat; alii ,ad' vel dativum ponunt. Tum illud quoque solius illius proprium puto: versus absentes dicere XX, 10, 4, praeterea: ad calcem pergere XIV, 3, 10, nec magis alibi quam apud eum exstare locutionem: esse e XI, 18, 5: ,e septem illis inclutis sapientibus fuit' mihi notum est.

Possessivum pronomen locum personalis obtinet XIX, 1, 3: nostris omnibus.

,Animum adicere' XI, 16, 1 rarius adhibetur pro ,a. advertere'; ,animam exspirare', quod apud Vergilium et auctorem belli Afr. reperitur, apud Gellium reperitur III, 15, 1 et V, 2, 4,

,Obitus', quod post Laevium fr. 24 11. Apuleius et inscriptiones ter praebent, Gellius habet coniunctum cum ,morte. XV, 20, 10; alibi XV, 4, 4 secundum optimos dicit ,morte obita.'

Cogant agmen paucae locutiones, quae cum in proverbiorum fere conditionem videantur abiisse, ad cotidianum hominum de plebe sermonem quin revocandae sint non dubito, velut IV, 1, 11, si me tibi praemandere quod aiunt postulas XIX, 7, 2 figuras . . . . ruminabamur. I, 9, 8 et XVII, 5, 14 pedibus illotis praef. 11, alba ut dicitur linea = non discernere XIII, 31, 1 tanquam unus esset in omni caelo.

Vita.

Natus sum ego O. Gorges a. d. XII, Cal. Mai. anni MDCCCLIX in vico ducatus Anhalt, cui est nomen: Hundeluft, a patre Friderico, matre Bertha de gente Voigt, quos adhuc superstites esse laetor. Fidei addictus sum evangelicae. Primis literarum elementis domi auctore patre imbutus inde ab anno 1869 gymnasium Dessaviense frequentavi, unde vere a. 1879 cum maturitatis tertimonio dimissus ad studia antiquitatis colenda me in universitatem Erlangensem contuli, ubi per tria semestria linguis antiquis et theodiscae tractandis operam dedi: Ibi interfui scholis doctorum virorum Woelfflini, Luchsii, Iw. Muelleri, Steinmeyeri, Geigeri; seminarii sodalem esse per annum mihi licuit. Inde auctumno a. 1880 Berolinum profectus doctus sum per duo semestria a viris illustrissimis: Kirchhoff. Vahlen, Curtius, Zeller, Steinthal, Scherer, Mullach, Seeck, Joh. Schmidt, Mueller, Schrader, tum ad absolvenda studia Halas petivi, ubi audivi doctissimos viros: Keil Zacher, Hiller, Dittenbergér, Haym, Joh. Schmidt; praeterea benigne me receperunt in societatem suam Keil, Zacher, Haym. Quibus viris omnibus, imprimis E. Woelffino nec minus iis, qui Gymnasii praeceptores me literas docuerunt, optime de me meritis quantum debeam nunquam oblitus gratias habeo quam maximas semperque habebo.